



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs**

In quo hæreses & mores Pelagij contra naturæ humanæ sanitatem,  
ægritudinem & medicinam ex S. Augustino recensentur ac refutantur

**Jansenius, Cornelius**

**Lovanii, 1640**

Liber Sextus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13650**

CORNELII IANSENII

EPISCOPI IPRENSIS

DE HÆRESI PELAGIANA

LIBER SEXTVS

Quo continetur quartus status Pelagianismi; cæteraque dogmata, & mores Pelagianorum.

Quartus Pelagianismi status post damnationem hæresis Pelagiana Semi-Christianismus, De gratia ad perfectionem necessaria.

CAPVT PRIMVM.



ACTENSVS veræ gratiæ confessionem secundum statum quem ante generalem illam sub Zozymo Papa condemnationem hæresis Pelagiana obtinuit, indagavimus: Deinceps quid proscripsi

fenserint, exquirendum est. Alium quippe vultum damnatæ vulpes induerunt, tantaque mutatio in dogmatum Pelagianorum professione consecuta est, ut merito quartus ille Pelagianismi status dici queat. Nam ante proscriptionem illam meracissimo Pelagianismo inebriati simpliciter planissime, generalissimeque professi sunt: Humanam sibi ad vincenda peccata & Dei mandata faciendâ sufficere posse naturam: ut loquitur Synodus Carthaginensis. Sive non esse rogandum Deam ut contra peccati malum, atque ad operandam iustitiam sit noster adiutor, ut loquitur Milevitana. Hoc est, ut verbo dicam, ad omnem omnino iustitiam ab initio conversionis usque ad finem perfectionis, præceptis Dei cognitâ humanâ naturâ sufficere potestatem, ita nempe, ut interpretante fidelissime mentem eorum Augustino: omnia ad fidem piâque vitam pertinentia tribuerent libero voluntatis arbitrio. per quod viribus in origine creationis acceptis posuit, nihil ulterius adiuuante illius gratiâ qui creavit, domare & extirpare omnes cupiditates tentationesque superare. Ex quo fiebat ut juxta Synodi Carthaginensis Patres in superbiam suam extollendo liberum arbitrium, nullum relinquerent locum gratiæ Dei quâ Christiani sumus eamque nolent omnino cognoscere, quamvis nec aperte oppugnare audent. Hinc est enim quod Augustinus omnes omnino Pelagii ante damnationem scriptos perscrutans libros, ut ex eis veræ gratiæ actualis pro qua impetranda precibus supplicamus, confessionem exprimeret, etiam ultimos illos

quatuor de libero arbitrio ad quos veluti sincerissimos suæ sententiæ testes provocaverat, ita restatur omnia à Pelagio dici ut nulli modo à verborum ambiguitate decederet, quam discipulis Christi. sic posset exponere, ut nullum auxilium gratiæ credant, quâ natura possibilitas adiuverit, nisi in lege atque doctrina: ita et ipsas quoque orationes, ut in scriptis suis apertissime asseruat, ad nihil aliud adhibendas opinaretur nisi ut nobis doctrina etiam diuina revelatione aperiat, non ut adiuveretur mens hominis, ut id quod faciendum esse didicerit, etiam à lectione & actione perficiat. Eandem prorsus esse Celestij sententiam paulo ante confirmat, unde apertissime patet eos omnia ut habenda ex nobis, non à Domino postcenda ex libero arbitrio expendisse.

Post condemnationem verò Catholicorum clamoribus pressi, vel argumentis oppressi aliquantulum sive verbo, sive etiam sensu ab illa superbia recesserunt. Docuerunt enim hominem quidem sine gratiâ inchoare posse virtutem & vitam bonam, ad perfectionem tamen assequendam Dei adiutorium esse necessarium. Quam fuisse sententiam Iuliani, qui post hæresis damnationem scripsit, testis est Augustinus hisce verbis: Cum ergo diuinus adiuuatur homo, non tantum ad capeendam perfectionem adiuuatur, quod ipse posuisti, utique volens intelligi eum per se incipere sine gratiâ, quod pericit gratiâ &c. In quo enim vis hominem, sicut loquens, ad aliquid laudabile generosi cordis stimulis incitari (inchoando scilicet bonum) in hoc enim non vis in Domino, sed in libero arbitrio gloriari. Vnde Pelagiani posteriores per os ejusdem Iuliani Romanam scribentis profiterentur; hominem in bono opere à Dei gratiâ semper adiuuari. Quod Augustinus ita dictum esse declarat tanquam suâ voluntate nulla Dei gratiâ bonum opus aggressus, in ipso iam opere diuinitus adiuuatur, pro merito scilicet voluntatis bonæ. Hoc enim expressius decem & octo Episcopi Pelagiani in fidei suæ professione

Concil. Carth. in Epist. ad Innocent. Synodali.

In Epist. Synodali ad eundem.

Epist. 106. ad Vital. in fin. Epi. 95.

In Epist. ad Innocent. 90. apud August.

Lib. de grat. 41.

Ibid. c. 30.

Lib. 4. contra Iul. c. 3.

Lib. 1. ad Bonif. c. 18.

Ibid. c. 19.

Handwritten marginal note: ANSENI

*Lib. 2. ad  
Bonif. c. 5.  
& 6.*

*Ibid. c. 10.*

*Ibid. c. 8.*

*Lib. 4. ad  
Bonif. c. 7.  
vid. & lib.  
3. c. 4. in  
fine.*

feffione patefaciunt, ubi aperte se confiteri dicunt; *Gratiam adiuuare uniuscuiusque bonum propositum, non tamen reluctanti studium virtutis immittere.* Quod ita intelligunt, inquit Augustinus, *velut homo à seipso sine adiutorio Dei habeat propositum bonum studiumque virtutis, quo merito precedente dignus sit adiuuari Dei gratia subsequente.* Et rursum de eisdem alibi: *Isti volunt in homine ab ipso homine incipere cupiditatem boni, ut huius capiti meritum etiam percipiendi gratia consequatur.* Quorum perversam improbandam & refellens opinioem: *Spiritum Sanctum, inquit, fatendum est, etiam antiquis temporibus non solum mentes bonas adiuuisse, quod & isti volunt, sed etiam bonas eas fecisse, quod nolunt, hoc est non solum adiuuisse fidem eorum & voluntatē bonam ut ad perfectionem bonitatis iustitiæque pertingerent, sed etiam ipsam eis fidem ac voluntatem bonam inspirasse, qua primitus boni fierent.*

Ex hac Pelagiani dogmatis mutatione perspicuum est tandem aliquando sententiā damnationis percussos Pelagianos illam esse confessos gratiam, quæ Dominica oratione sive fidelium precibus iustitiam sibi vel conservari vel augeri postulantibus commendatur; in illius vero negatione perlitisse, quæ cor convertitur à malo ad bonum ipsaque fides & orationis ac iustitiæ spiritus primitus inspiratur. Atque hæc omnino ratio est, cur omnes Augustini lucubrations, quibus ab initio hæresis Pelagiana usque ad damnationem ejus insudavit, illam ubique spirent & astruant gratiam, quæ jam fidelibus adeoque iustificatis ad cavendas vineendasque peccatorum tentationes, & implendam iustitiam necessaria est. Nam ad ista omnia Pelagius humanam naturam sibi sufficientem statuens eo modo, inquit Concilium Carthaginense, *gratia Dei que sanctorum evidentius orationibus declaratur adversarius invenitur.* Neque enim sancti pro se fidem aut iustitiam primam postulant quam postulare pro se nequeunt, nisi jam fidem acceperint. Statim vero post damnationem omiſsa

*In Epist.  
Synodali ad  
Innocent.  
que est 90.  
apud Aug.*

A fere gratiæ conatum nostrum consequentis mentione, totus in alia illa gratia quæ credentes prævenit, & ex nolentibus volentes facit; asserenda tuendaque versatur. Illud ex Epistola 88. & 95. & libris de natura & gratia, ex secundo de peccatorum meritis, de spiritu & littera, litterisque Synodalibus Concilij Carthaginensis & Milevitani ad Innocentium ejusdemque responsis demonstrari potest; hoc verò ex Epistola 105. ad Sixtum, ex libris ad Bonifacium & adversus Iulianum; in illis enim ex professo illa gratia inculcatur quæ fidelibus adeoque iustus ad bene vivendum ex fide datur: in his ea quæ fidem ipsam prævenit & ex nolentibus & repugnantibus volentes facit. Hoc enim non gratiæ cælestis munus esse statuunt posteriores Pelagiani, sed humanæ libertatis officium; & cuius proprium sit velle & nolle & sua se voluntate discernere, tametsi illa voluntas imbecillis & inchoata ad adipiscendam perfectionem se postulet adjuvari. Hanc Pelagiani erroris mutationem simul & causam ejus Augustinus aperit in exordio Epistolæ ad Sixtum quæ statim ab hæresis illius damnatione conscripta est. *Nolunt, inquit, ut sit ipsi gloria in iustificandis impijs gratuita gratia, qui eius ignorantes iustitiam, suam volunt consistuere; nempe arrogando sibi sufficientes ad iustitiam operandam vires; vel iam conclamantium religiosorum & piorum vocibus preſti, ita se fatentur ad habendum seu faciendum iustitiam divinitus adiuvari, ut sui præcedat aliquid meriti; ipsum scilicet, propositum bonum, quod, ut audivimus, adiuvat gratia.*

*Epist. 105.  
ad Sixtum  
paulo post  
initium*

*Ex lib. 2.  
ad Bonif.  
5. 8. & 11.*

Porro iste quartus erroris Pelagiani status non absurde Semi-Christianismus vocari posset. Non enim in eo integram, quemadmodum genuinum Christianum decet, sed dimidiatam gratiam profitentur. Primas enim sibi tribuunt, secundas Deo; unde fit ut ei utraque præripiant & sicut Augustinus alicubi dicit solo sint nomine Christiani.

Veram, internam gratiam contentur ad assequendam perfectionem necessariam.

## CAPVT SECVNDVM.

QVOD ut constet accuratius, videndum superest, utrum veram illam internamque gratiam, quam Augustinus, etiam hominibus sanctissimis docet esse necessariam saltem ad assequendam perfectionem in hoc statu fateantur. Fortassis enim per gratiam intelligit etiam hic legem, doctrinamque Christianam: ut mens ad adipiscendam perfectionem non solum exterius humanæ vocis adjuncta ministerio sed etiam interius Spiritus Sancti revelatione nitatur. Nam in postremo opere quod Pelagius de libero arbitrio ante damnationem suam scripsit, apertissime veram gratiam, vel certe

A effectum veræ gratiæ confessus esse videbatur cum diceret: *Quæ arbitry libertate qui bene utitur &c. ponit cor suum in manu Dei ut illud quo voluerit ipse declinet.* Ad quæ verba divus Augustinus, *Magnum profecto, inquit, adiutorium divinæ gratiæ, ut cor nostrum quo voluerit ipse declinet.* Et tamen cum omnes etiam illius operis latebras perlustrasset ut ex eo veræ gratiæ confessionem exprimeret nullum se divinæ gratiæ adiutorium invenisse testatur quod non discipulis suis de lege doctrinaque posset exponere.

*Apud Aug.  
lib. de grat.  
Christi. c. 33.*

*Ibid. c. 41.*

Sed quamquam iste ante profligatam hæresim Pelagij sensus fuit, post latam tamen Apostolicæ sedis sententiam videntur discipuli ejus

us non tantum legem & doctrinam, sed etiam vere gratie adiutorium ad perficiendum conatum nostrorum imbecillitatem admisisse. Pro quo egregius est apud Divum Augustinum locus, qui ut mens eorum innotescat clarior, totus audiendus est. Sic ergo loquitur:

*Sed eum fuerint convicti non defensores sed inflatores & precipitatores liberi arbitrii, quia neque scientia divina legi neque natura, neque sola remissione peccatorum est illa gratia quae per IESVM CHRISTVM Dominum nostrum datur, sed ipsa facit ut lex impletur, ut natura liberetur, peccatum non dominetur. Ecce perspicue significat eos disputando depulso a gratia natura. Sic atque remissionis quas tantopere predicaverant; convictisque quod vera gratia facit ut lex impletur ac natura liberetur. Quod ergo iam convicti fugiunt ut vim veritatis evadant?*

*Audit Augustinus: Cum ergo in his convicti fuerint, ad hoc se convertunt ut qui cum quibusdam conentur ostendere, gratiam Dei secundum meritum natura datur. Nempe non gratiam naturae, non gratiam legis, sed illam quam facere dixerat ut lex impletur, ut natura liberetur. Quod supra Pelagianorum verba patefaciunt: Dicunt enim, inquit, etsi non datur secundum meritum bonorum operum, quia per ipsam bene operamur, tamen se undam merita bona voluntatis datur. Quid est aliud, per ipsam bene operamur, nisi, per ipsam legem implemus, sive quod ante dixerat ipsa facit ut lex impletur? Neque enim nisi legem implendo bene operamur. Haec autem est vera illa gratia, quae per IESVM CHRISTVM Dominum nostrum datur & per Spiritum Sanctum inspiratur, & fidelium precibus petitur, quod Pelagiani quoque subijciendo inuicant. Quia bona voluntas, inquit, praecedit orantibus, quam praecedit voluntas credentis, ut secundum hoc merita, gratia sequatur exaudientis Dei.*

*Vbi non potest ullo modo intelligi gratia legis atque doctrinae, jam enim convicti illam non esse gratiam quae per Christum datur, ad aliam illam per quam Deo nobis cooperante bene operamur implendo scilicet ipsam legem, corrigendo sese aliqua ex parte & ad veritatem accedendo confugiunt. Quod non minus clarè, quam praclare in alio loco Augustinus docet. Cum enim verum illud adiutorium Spiritus Sancti, & cooperationem Dei tutius inculcasset, & explicasset cooperationis modum, Pelagianorum accessum ad veritatem quamvis imperfectum laudando & corrigendo subtexit:*

*Non sicut quidam dicere ceperunt, qui coarctati sunt verbis Apostoli, aliquando gratiam consistere, & benediximus Deum quia vel hoc aliquando dixerunt. Accedendo enim proficere potuerunt, & ad id quod vere rectum est pervenire. Tam vero dicunt aditricem esse gratiam Dei ad facilius faciendum &c. Volo facilius, vemo difficilius, tamen & rursus itur. Invenio facilius, pedibus difficilius, sed tamen & pedibus pervenitur. Non est sic &c. Vbi quamvis id quod dicunt de sola facilitate quam allert gratia, corrigat, veram tamen*

gratiam eos intellexisse significat. Illa est enim quae instar venti animis illapsa vela pandit & amorem inspirando magna facilitate promovet iter nostrum & in patriae ecclesiae portum impellit. Quam venti similitudinem sensui Pelagianorum explicando & Iulianus adhibuit: Ad eam, inquit, magnitudinem atque pulchritudinem sapientis animus studys procedit ac merito, ut generosum eius ignem (hoc est amorem) gratia Sancti Spiritus incipiat ventilare. Tunc fit illa charitas, quae non propinquos solum aut cives, sed ipsum genus humanum gremio suo conatur amplecti. Vbi Beda significari dicit: Spiritus Sancti adventu non ita juvari animum, quomodo flamma vel sax, cum accenditur, caliginosam juvat domum, quam illustrat; sed ita potius, quomodo ardentem sive lucentem ventus in vitam accendit atque ardet ac magnam confluvium silvam poterat; sed tamen vento impellente magis magisque flammescit. Perspicue namque illam praedicat Iulianus gratiam, quae ad augendum perficiendumque charitatis amorem instar venti inflammantis ajuvat, etsi eodem vento ignem illum primitus accendi neget. Hoc enim libero voluntatis arbitrio tribuendum putat, cuius merito ille status Sancti Spiritus rependatur.

Quod si quis adhuc forsan alicui superstiti scrupulus, ne veram agnovisse gratiam Pelagianos arbitretur, omnem fluctuationem tollat alia Divi Augustini apertissima disputatio. Nam de suavitate jugi disserens, quod ad se venientibus, hoc est credentibus Christus imponit, veram Catholicamque sententiam quae per inspirationem divini amoris hoc fieri docet his verbis allruit: *Regit te sub iugo tuo & sub sarcina tua. Ut enim sarcina eius sit tibi levis & iugum eius suave, ille tibi amorem inspiravit. Amanti suave est, Non amanti durum est. Amanti suave est, Dominus dedit suavitatem. Ecce verissimam, purissimam, Catholicamque divinae gratiae confessionem. Sed accipe quatenus & quemadmodum in eam consentiant Pelagiani: An forte, inquit consequenter, quia vel venisti audiens; ven te ad me; hoc ipsum tibi arrogare contendis, quia venisti? Ecce, inquit, veni ad illum arbitrio meo, voluntate mea. Quia veni, rescit me, quia venit, iugum suum imponi mihi suave, quia dat amorem, sarcinam suam levem imponi mihi amanti & diligentis. Haec omnia fecit in me, sed quia veni ad eum; Hoc est uti exponit, quia credidi. Quid clarius, quid pressius vel à Catholico desideremus? Ecce fatetur sine ambagibus, Deus rescit me Deus iugum suum imponi mihi suave, hoc est, facit ut mihi sit iugum suave; idque non quia dat legem, quia dat doctrinam, sed quia dat amorem. Hoc est enim quod ipse paulò ante Catholicam gratiam profitendo dixerat, quia amorem inspirat, sed quomodo purissimum illud vinum aqua Pelagianâ diluant paucis adijciendum est.*

P

Prima

lib. de grat. lib. arb. c. 14.

Tul. in lib. de amore apud Bedam lib. 1. in Cant. r. 2.

Serm. 13. de verb. Apost. c. 8.

Ibid. Matth. 11.

Serm. 13. de verb. Apost. c. 11.

41.

Prima gratiæ corruptela quod eam tantum necessariam statuunt ut *facilius* obtineatur perfectio, & salus.

CAPVT TERTIVM.

**N**A M quamvis ad veræ gratiæ confessionem aliquo modo accesserint, duobus tamen modis quos jam tetigimus, eam adulterando totum auferunt quod tribuisse videbantur. Cum enim in vera gratia à Catholicis duo præcipue requirantur, unum quod ad omne opus bonum omnino necessaria sit; alterum quod gratis detur, juxta Scripturas Evangelicas & Apostolicas, *Sine me nihil potestis facere.* Et, *Si autem gratiam non ex operibus, alioquin gratiam non est gratia*: ipsi utramque conditionem adimendo, & sibi arrogando, omnem gratiam funditus fustulerunt. Nam primo dicunt veram illam gratiam, tamen ad adipiscendam perfectionem utilis sit, non tamen absolute esse necessariam, sed tantum ut *facilius* obtineatur. Hoc est enim quod supra dicentes audivimus, *velo facilius, remò difficilior, tamen & remò itur.* Invenio *facilius, pedibus difficilior, sed tamen & pedibus pervenitur.* Quæ quidem cuiusnam verba fuerint non ita constat, sed sine fæco hanc sententiam Pelagius profiteretur. Nam in libris de libero arbitrio idcirco nos quotidianò muniri dicimus auxiliò: ut quod per liberum homines facere abentur arbitrium *facilius* possint implere per gratiam. Quam Pelagij doctrinam in dogma transiisse, quod passim scilicet ab omnibus defenderetur testis est Augustinus contra Iulianum: *Vestrum autem*

Joan. 15. Rom. 11.

Serm. 13. de verbis Apost. c. 12.

Apud Aug. lib. de gratia Christi c. 29. & Epist. 106. in fine & lib. 2. ad Bonif. 8. Lib. 6. c. 24.

n. 22.

Sic vitam æternam acquiri potuisse, vacante Hac ope, quæ legem superemmet: ut sine lege Ex naturali potuit virtute capessi? Nunc autem studijs vergentibus in mala multa Crevisse auxiliium: Non quo cessante, salutem Non caperet per difficiles natura labores: Sed quo conatus operum, affectusque indante, Propositam citius ferret mens libera palmam.

Verba Pelagij lib. de gratia Christi c. 28.

Epist. 106. ad Paulin. ver. sus. finem. Lib. 2. ad Bonif. c. 8. Joan. 15.

**I**Taque etiam huic corruptæ per peccandi consuetudinem naturæ, tamen quod quotidiano gratiæ ad facilius operandum munimur auxiliò, tamen forte ac firmum ad non peccandum nos habere arbitrium persuaserunt. Ex quo rectè colligit Augustinus, ex abundantia tantum concessi gratiam, imò nullum locum adjuvanti gratiæ reservari. Sine qua nos dicimus, inquit, ad non peccandum nihil voluntatis arbitrium valere. Nam Dominus, inquit idem alicubi, ut responderet futuro Pelagio, non ait, sine me difficile potestis aliquid facere: sed ait, sine me nihil potestis facere.

Quod ergo veram gratiam non absoluta, sed hypotheticâ quædam necessitate, nempe ad

**A** dogma, inquit, id persuadere conatur, velut inculcata prædicatione naturæ, & prudentia liberi arbitrij, & legis sive naturalis sive per Moysen data, ut & si episcopus sit, necesse tamen non sit ad Christum pro æternâ salute transire: eo quod per sacramentum mortis & resurrectionis eius, si tamen vel hoc putatis, comminatio via sit, non quod alia via esse non possit.

Ad hanc autem tantillam gratiam confitentem non amore veritatis, sed timore Christiani populi Dei gratiam sibi eripi frementibus impulsit. Tam erumpite in apertum, inquit Augustinus, inimici crucis Christi, quid timetis magnum populum, & Christi magnum iudicium non timetis? Aperte dicite, iustificari naturâ, iustificari lege possimus, gratis Christus mortuus est. Sed formidantes multitudinem Christianam, Pelagianum verbum supponitis, & queritis: ab vobis quare mortuus sit Christus, si natura vel lex efficit iustos; respondetis, ut hoc ipsum factum fuerit, quasi posset, quamvis difficilius fieri. Nam in exortu hæresis aperte profitebantur iustificari naturâ, iustificari lege possumus, sed postea clamoribus contradicentium territi Pelagianum quædam commentum protulere: quod nimia peccandi consuetudine nunc magna illata esset bene vivendi difficultas, cui tollendæ Deus gratiæ adjutorium largiatur. Ita Prosper carmine de ingratis canit.

facilius assequendam perfectionem & salutem requiri dicerent: hæc ratio fuit, cur non solum ante damnationem hæresis Pelagianæ, sed etiam post agnitam veram gratiam, constanter in asserenda gratiæ legis atque doctrinæ peribiterunt, per quam prima & originalis illa gratia, hoc est ipsa natura seu liberum arbitrium juvaretur. Hinc August. totam Pelagianorum sententiam de utraq; gratia tam Pelagiana, hæc in natura, legè, doctrinâque consistit, quam de Christianis, qua dilectio mandatorum inspiratur, clare distincteque explicans, de prima dicit: *Est de heresi illam vero gratiam Dei sine qua nihil boni possimus sicut hæresis facere, non esse dicunt, nisi in libero arbitrio, quod est nullus*

nullis suis precedentibus meritis ab illo accepit nostra natura: ad hoc tantum existimamus illum adiuvantem per suam legem atque doctrinam ut discamus que facere & qua sperare debeamus. De secunda vero non minus perspicue: Denique Pelagius a fratribus increpatus quod nihil tribueret adiutorio gratie Dei ad eius mandata facienda correptioni eorum balteus cessit, ut non eam libero arbitrio praeponeret, sed infideli calliditate supponeret, dicens, ad hoc eam dari homini-

bus, ut qua facere per liberum iubentur arbitrium facilius possint implere per gratiam. Quae verba ex libro Pelagij de libero arbitrio mutuata sunt. Apertissime vero profitentur non gratiam liberi arbitrij, non gratiam legis seu mandatorum, sed gratiam illam, qua liberum arbitriū jam semel datum, ipsa mandata jam quoque data facilius possit implere. Sed jam ad alteram huiusce gratie corruptelam veniamus.

Secunda gratie corruptela meritum humanum. De quo magna contentio post proscriptos Pelagianos.

CAPVT QVARTVM.

**I**Taque secunda corruptela est quod nolint illam ipsam facilitatis gratiam esse gratuitam; hoc est, gratiam non esse gratiam. Quam impietatem, non illis quidem verbis profiteri solent, cum potius e contrario Pelagius dicat, *Donum non est ex nostro, sed ex donantis arbitrio pendet*: sed alijs, ex quibus velint nolint hoc sequitur: dum ita tuunt: *Dei gratiam secundum merita nostra dari*. Quae sententia Pelagianorum ita pervulgata est, ac tot locis ab Augustino contestata, ut non sit opus eam testimonijs accerfisis asserere. Idcirco autem illam excogitarunt, ut verbo tenus veram Dei gratiam fateri viderentur, re ipsa tamen per ambages prorlus tollerent. Haec est quippe, inquit Augustinus, intentio qua gratiam destruere moluntur, ut eam dari secundum merita nostra contendant. Humanum namque seu liberi arbitrij meritum divinae gratiae tam capitaliter inimicum est, ut Apostolus dicat: *Et qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum*. Et, *si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia*.

tum vero quod si quam gratiam in suis disputationibus memimissent, legem vellent doctrinamque Christianam intelligere. Sed postea tot clamoribus Christianorum per totum orbem consonantium & vocibus Conciliorum territi, gratiam quidem sed meritis datam magis urgere coeperunt. Vnde adeo ut totius disputationis moles de gratiae adiutorio in istum cardinem tandem incubuerit: *Utrum gratia, nempe vera, secundum merita nostra deitur*. Constat hoc ex luculenta testificatione D. Augusti, qui in plerisque libris, quos post damnatam illam haeresim scripsit totam cum Pelagianis controversiam ad tria capita revocat: De peccato originali: De gratia danda sine meritis: De vita Sanctorum sine peccatis ducenda. Tria sunt, inquit, ut scitis, quae maxime adversus eos Catholica defendit Ecclesia: quorum est unam gratiam Dei non secundum merita nostra dari quoniam Dei dona sunt, & Dei gratia etiam conferuntur merita universa iustorum. Alterum est: In quantumque iustitia sine qualibuscumque peccatis in hoc corruptibili corpore neminem vivere. Tertium est, Obnoxium nasci hominem peccato primi hominis & vinculo damnationis obstructum &c. Et universam Pelagianae fidei professionem, & argumentorum apparatus in lummam colligens: *In his omnibus*, ait Augustus, *quicquid dicunt de laude creaturae atque nuptiarum, ad hoc referre conantur ut non sit originale peccatum. Quicquid de laude legis & liberi arbitrij, ad hoc ut gratia non adiuvet nisi meriti, ac sic gratia non sit gratia. Quicquid de laude Sanctorum, ad hoc ut vita mortalis in sanctis videatur non habere peccatum, nec sit eis necessarium pro dimittendis debitis suis precari Deum. Vbi vides idcirco tandem post proscripam haeresim liberum arbitrium ac legem a Pelagianis cepisse laudari, non ut illa gratia esse censeretur, per quam Deus adjuvat nos ad perfectam iustitiam obtinendam, sed ut saltem ad eam inchoandam sufficere videretur, cuius conatibus atque ceptis gratia rependeretur ut praemium. Quam eandem doctrinam ac Pelagianorum dogmatum partitionem etiam alijs locis videre licet, atque ex ea perspicere, proscripitis tandem damnatisque Pelagianis, non tam de gratia naturae, liberi arbitrij, legis doctrinaeque; Christianae, sed de vera gratia ex meritis videlicet liberi arbitrij tribuenda, viguisse contentionem.*

In comment. c. 12. ad Rom. n. 16.  
Vide lib. de gestu Pelag. c. 14. lib. de heresib. H. c. ref. 88. lib. 1. ad Bonif. c. 3. 4. & 19. c. 4. lib. 1. cap. 1.  
Lib. 1. ad Bonif. c. 3.  
Rom. c. 4.  
Ibid. c. 11.  
Lib. de gestu Pelag. c. 14. hoc dixerunt anathematizando damnavit. Sed in lib. 1. ad Bonif. c. 4. & 19. vide lat. lib. de gratia c. 1. lib. arbitri. c. 5.

Lib. de dono perfer. c. 2. sus eos Catholica defendit Ecclesia: quorum est unam gratiam Dei non secundum merita nostra dari quoniam Dei dona sunt, & Dei gratia etiam conferuntur merita universa iustorum. Alterum est: In quantumque iustitia sine qualibuscumque peccatis in hoc corruptibili corpore neminem vivere. Tertium est, Obnoxium nasci hominem peccato primi hominis & vinculo damnationis obstructum &c. Et universam Pelagianae fidei professionem, & argumentorum apparatus in lummam colligens: In his omnibus, ait Augustus, quicquid dicunt de laude creaturae atque nuptiarum, ad hoc referre conantur ut non sit originale peccatum. Quicquid de laude legis & liberi arbitrij, ad hoc ut gratia non adiuvet nisi meriti, ac sic gratia non sit gratia. Quicquid de laude Sanctorum, ad hoc ut vita mortalis in sanctis videatur non habere peccatum, nec sit eis necessarium pro dimittendis debitis suis precari Deum. Vbi vides idcirco tandem post proscripam haeresim liberum arbitrium ac legem a Pelagianis cepisse laudari, non ut illa gratia esse censeretur, per quam Deus adjuvat nos ad perfectam iustitiam obtinendam, sed ut saltem ad eam inchoandam sufficere videretur, cuius conatibus atque ceptis gratia rependeretur ut praemium. Quam eandem doctrinam ac Pelagianorum dogmatum partitionem etiam alijs locis videre licet, atque ex ea perspicere, proscripitis tandem damnatisque Pelagianis, non tam de gratia naturae, liberi arbitrij, legis doctrinaeque; Christianae, sed de vera gratia ex meritis videlicet liberi arbitrij tribuenda, viguisse contentionem.



Quanam sint illa merita gratiæ: nempe, prima boni cupiditas, seu conversio, fides, oratio.

CAPVT QVINTVM.

**S**ED quanam illa liberi arbitrij merita, quibus gratia rependi debet? neque enim existimandum est, tunc temporis Pelagianos quodlibet opus indifferenter viribus libertatis asseripsisse, cui gratia deberetur.

In primis itaque libero arbitrio tribuunt velle bonum; cuius bonæ voluntatis merito ipsum posse & facere tribuatur. Nam multa volumus que non possumus, cum primum ad iustitiam ab iniquitate convertimur, repugnante scilicet novæ voluntati vetustâ peccandi consuetudine: Vnde Augustinus: *Isi volunt in homine ab ipso homine incipere cupiditatem boni, ut huius capti meritum, etiam perscquendi gratia consequatur.* Quæ erroris Pelagiani sensum inde colligit, quia Catholicos carpunt, quod invito & reluctanti homini inspirari dicant, non quanticumque boni, sed & ipsius imperfecti cupiditatem; ut scilicet jam non sit reluctans, non sit invitus, sed consentiens bono & volens bonum. Vnde patet quod primam illam hominis conversionem ad Deum, seu primam bonam voluntatem, sive bene vivendi, sive etiam credendi, Deo præcipiunt, atque homini tribuunt. Magis hoc ex Divi Augustini clarescit refutatione, qua contra Pelagianos primam illam boni cupiditatem Deo vindicat, & libero hominis extorquet arbitrio. *Dic mihi obsecro, inquit, quid boni Paulus ad huc Saulus volebat, ac non potius magna mala, quando spirans eadem &c. quibus meritis bona voluntatis Deus illam ab his malis ad bona mirabili & repentina vocatione convertit? Et paulo post: Vtrum iam volenti credere pro meritis bonæ voluntatis hoc datur: an potius ut credit ipsa voluntas, sicuti Sauli desuper excitatur, etiamsi tam sit aversus à fide, ut credentes etiam persequeatur? Hoc est ergo quod, ut Augustinus observat, Pelagiani dicunt; non hominem seu hominis voluntatem in bonam opus excitari, nempe ut ex nolente velit, sed tantummodo in bono opere jam scilicet volito atque inchoato, à Dei gratia semper adjuvari. Hoc est quod invidiosa pharisi Catholicos perstringendo negant, ex Dei potentia in bonum invitum aliquem cogi, hoc est neminem ex invito & repugnante Dei gratia & potestate volentem fieri. Hoc est quod confitentur: Gratiam adjuvare uniuscuiusque bonum propositum, non tamen reluctanti studium virtutis immittere. Hoc est quod Scripturam non intelligendo crepant: *Homini est preparare cor, & à Domino responsio linguæ.* Existimant quippe sententiam eorum in lucem proferente Augustino: *Cor preparare, hoc est, bonum inchoare sine adiutorio gratiæ Dei ad hominem pertinere.* Hoc est quod sine ambiguitatis obscuro Augustinus dicit: *Talia de Scripturis colligunt, quale est hoc unum, quod paulo ante dixi; Convertimini ad me &**

*convertar ad vos, ut secundum meritum conversionis nostræ ad Deum, detur gratia eum, in qua ad nos & ipse convertitur.*

Secundo ascribunt homini seu libero arbitrio ejus fidem: quæ tamen ipsa etiam ad illam primam conversionis voluntatē pertinet. Nam initio fidei est etiam ut Augustinus dicit, *Initium bonæ, hoc est piæ voluntatis.* De ista fide sic Pelagius in ultima omnino Epistola quam ad Innocentium scripsisse reperitur, sed eo defuncto successori ejus Zozymo, qui eum condemnavit, est tradita: *Illi (non Christiani) ideo in dicandi atque damnandi sunt, quia cum habeant liberum arbitrium per quod ad fidem venire possent, & Dei gratiam promereri, male vivuntur libertate concessi. Illi vero remunerandi sunt, qui bene libero utentes arbitrio, promerentur Dei gratiam (credendo scilicet) & eius mandata custodiunt.* Ecce manifeste docet fidem esse meritū gratiæ, qua mandata custodiuntur, tametsi non satis clare dicat, quam gratiam intelligi velit. Pelagium secutus est Iulianus, qui magno conatu asserit, *Promissionem que facta est ad Abraham, hoc est dilationem seminis, fuisse suspendium fidei: Nec ita credulitatis recepisse mercedem, ut alios similiter credentes à prami consortio putaret excludere.* Ab illa vero fide siue credenti voluntate gratiam omnino repellebat, ut ex Augustino errorem ejus resillente manifestum est, quod si nolissent (sestari fidem Abraham) evanesceret promissio, admodum, inquit, ut intelligatis cui gratiæ sitis inimici, negando operari Deum voluntates in mentibus hominum, non ut nolentes credant quod absurdissime dicitur, sed ut volentes ex nolentibus fiant.

Denique orationem, quæ ex fide funditur ad impetrandam gratiam etiam homini tribuunt. Nam Augustinus asserit Pelagianos dicere, *Id ipsum meritum esse, quia orando sit dignus, cui gratia divina subveniat.* Et utramque simul, orationem fidemque conjungentes, bona voluntas, inquit, *præcedit orantis, quam præcessit voluntas credentis, ut secundum hac merita, gratia sequatur exaudientis c. 14. Dei.* Et hæc orandi pulsandique sollicitudo est illud studium virtutis quod reluctantiibus à Deo immitti negant. Nam reprehendens Augustinum Iulianus calumniatur eum dicere: *Nihil studij expectari ab humana voluntate debere, contra illud Evangelicum quo ait Dominus, petite & accipietis, quærte & invenietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit &c. Cuius mentem eruens & interpretans Augustinus: Ibi enim vos, inquit, ut video, ponere iam cepistis merita gratiam præcedentia, quod est petere, quærere, pulsare, ut hu meritis debita illa reddatur, ac sic gratia maniter nuncupetur. Cum autem dicit, ponere iam cepistis, perspicue indicat in dogmatibus Pelagianis recenter factam esse mu-*

*Lib. 2. ad Bo nis. c. 8.*

*Lib. 1. ad Bo nis. c. 19.*

*Ibid.*

*Ibid. c. 18.*

*Lib. 2. ad Bo nis. c. 10.*

*Proverb. 16 in cap. 70.*

*Lib. 2. ad Bo nis. c. 9.*

*Lib. de grat. & lib. arbit. c. 17.*

*Epist. 107. in fine.*

*Epist. 107. in fine.*

*Lib. 2. ad Bo nis. c. 364.*

*Ibid. f. 351.*

*Lib. 4. ad Bo nis. c. 11.*

*Lib. de grat. & lib. arbit. c. 14.*

*Lib. 2. ad Bo nis. c. 10.*

*Lib. 4. cont. tal. c. 8.*

esse mutationem. Quæ non videtur fuisse alia, nisi quod ante, totam iustitiam humanis viribus asserberent, deinde orationem dumtaxat ex fide quæ sine præcedente bona voluntate esse non potest.

Hanc Hæresis Pelagianæ mutationem respicit Augustinus, quando carnalis hominis & inflati, hoc est cuiuspiam Pelagianis cogitationes aut voces notat, quibus gradatim dicunt: *Discernit me fides mea, discernit me oratio mea, discernit me iustitia mea.* Et ordinem ipsum tangens quo dogmata sua interpolantur in Epistola ad Sixtum, quæ statim ab hæresi damnata scripta est, se Scripturarum testimonij probasse dicit: *Et bona opera nostra, & piæ orationes, & rectam fidem; nullo modo in nobis esse potuisse nisi hæc accepimus à Deo.* Et iterum eadem recta serie: *Nec quisquam dicat, inquit, meritis operum suorum, vel meritis orationum suarum, vel meritis fidei suæ sibi traditam Dei gratiam ut putetur verum esse quod illi hæretici dicunt, gratiam Dei secundum merita nostra dari, quod omnino falsissimum est.*

Ex ijs quæ diximus maximeque postremis Pelagianorum verbis, *Discernit me fides mea* & c. perspicuum esse puto totam cum Pelagianis descriptionem eo tandem fuisse conversam, ut constaret uter discerneret hominem, hoc est, uter inciperet in mutanda hominis voluntate de mala in bonam, homo an Deus. Etenim si obtinere potuissent aliquid quodcumque tandem, sive orationem, sive fidem, sive ipsam etiam bonam voluntatem prius ab homine dari Deo, ut retribueretur ei, profecto vicissent Pelagiani, totaque hæresis illa etiam in vindicanda sibi perfecta iustitia triumphasset. Esset enim illa non gratiæ divinæ munus, sed effectus hominis, quem volendo, credendo, pul-

landove meruisset. Quo collimasse Pelagianos satis declarat Augustinus, cum dicit: *Quid est ergo quod secundum modum vestrum effectum voluntatis humane, dona celestia me credideris nuncupasse, tanquam voluntas hominis sine Dei gratia moveretur ad bonum, ut ei debitas à Deo retribueretur effectus?* Hanc ergo extremam tabulam, qua tota illa impietas iterum esse salva potuisset, ut eis extorqueret Augustinus, omnes disputandi vires ut supra diximus in postremis suis operibus contrahit, non ut gratiam operandi iustitiam quæ jam fidelibus & iustificatis datur, sed eam quæ omnes hominis conatus, orationes & voluntates prævenit, ex Ecclesiæ precibus & Scripturis asserendo stabiliat. Tunc enim præveniens non consequens; excitans non adiuvens; operans non cooperans à Pelagianis negabatur.

Cur autem illam primam gratiam tantopere abhorruerint, tunc dicitur oportunius, cum ad Semi-Pelagianos ventum fuerit. Nam ex ijs quæ proxime asserimus facile constare potest, Pelagianos tandem in hoc quarto statu in errore Massiliensium declinasse, vel potius Massilienses errorem suum, Catholicis quibusdam veritatibus intertextum ex illo quarto hæresis Pelagianæ statu esse mutuatos. Illud quippe inchoationis meritum, cui Deus tanquam præmium gratiæ suæ auxilium tribueret, ita Semi-Pelagianis seu Massiliensibus proprium fuit, ut tamen ex Pelagiano fonte derivaverint. Planissime siquidem Augustinus adversus Pelagianos instruens Valentinum dicit: *In quarum, Pelagianorum, errorem cadit, qui putat aliquo merito humano gratiam Dei dari.* Et Prosper Magistro succinens Pelagianam hæresim è sepulchro confitentem inducit.

Epist. 1. ad Val. & Melan. Adhuc metinos.

Ibid. in Epist. 1. ad Valent.

Ibid.

Lib. 4. cont. l. 1. c. 3.

Epist. ad Val. l. 1. c. 3.

In Epist. ad Val. & Melan. Hæres. Nestor. & Pelag.

*Nam si quæ Domini data munera sero fatemur  
Hæc homini credis debita, noster eris.*

Christum volunt ex meritis liberi arbitrij factum esse Deum. Haustus ille error ex Origene.

CAPVT SEXTVM.

NAM postquam Pelagiani gratiam Christi ad bene vivendum utilem clamoribus Catholicorum agnoscere compulsi sunt, tanti fuerunt præcones meritorum, quibus eam tollerent ac

destruerent, ut etiam ipsi Christo Domino divinitatem ex meritis collatam esse contenderent. Testis est luculentus hujus impietatis Prosper, apud quem error Pelagianus ita loquitur.

*Nam Christum pietate operum & mercede volentes  
Esse Deum, in Capitis fodere non stetimus.*

In Epist. ad Val. & Melan. Hæres. Nestor. & Pelag.



**T**estis uberrimus Cassianus, cujus eo nomine autoritas major est quod fulgine nonnulla Pelagiana aliquando tinctus, accuratius cognati erroris arcana penetraverit. Sic ergo Nestorium compellat: Hoc utique illa etiam quam ante dixi, Hæresis asserbat (Pelagiana scilicet) Christum non propter se colendum, videlicet, quia Deus esset, sed quia bonis ac pijs actibus Deum in se habere meruisset. Ergo vides, inquit, Pelagianum te virum vomere Pelagianos te spiritu sibilare. Nam Pelagianos Nestorianismum qui Deum atque hominem in Christo dividit, tenuisse, adeoque peperisse, perspicue etiam Prosper in eodem Epitaphio utriusque; hæresis prodit. Sed accuratius ac distinctius erroris illius ortu, progressum, & scopu, & cum Nestoriano cognationem explicat Cassianus, quem proinde, et si paulo prolixius differrentem audiamus: illud sanè unum prætereundum non arbitramur, quod peculiare ac proprium supradictæ illius hæreseos qua ex Pelagiano errore descenderat, fuit: quod discentes quidam solitarium hominem IESVM Christum sine illa peccati contagione vixisse, eo progressi sunt ut assererent, homines si velint sine peccato

**A** esse posse. Consequens enim existimabant, ut si homo solitarius IESVS Christus sine peccato fuisset, omnes quoque homines sine Dei adiutorio esse possent, quicquid ille homo solitarius IESVS Christus sine consuetudine Dei esse potuisset. Ac si nullam facerent inter omnem hominem ac Dominum nostrum IESVM Christum esse distantiam, cum idem utique homo, nisi atque indivisiuè mereri possit, quod Christus studio ac labore meruisset. Quo factum est ut ad maiorem quoque ac monstruosam insaniam prorumpentes discerent, Dominum nostrum IESVM Christum hunc in mundum non ad præstandam humano generi redemptionem, sed ad præstanda bonorum actuum exempla venisse. Videlicet ut disciplinam eius sequentes homines dum per eandem viam virtutis incederent, ad eandem virtutum præmia pervenirent: evadentes quantum in ipsis fuit omne sacri advenus donum & omnem divinam redemptionis gratiam, cum idem dicerent homines consequi posse vivendo quod præstiterat Deus pro humana salute moriendo. Ecce purum & putum hætonus Pelagianismum. Quem diffuse hoc libro profecuti sumus. In qua narratione Cassiani observandum est, verum esse quod Prosper dixerat.

Cassian. lib. 5. de incar. c. 2.

Cassian. lib. de incar. c. 3.

In Epitaph. citat.

Nam fundare arcem meritis prior orsa superbis,  
De capite ad corpus ducere opus volui,

**N**imirum quia Christus homo solitarius, hoc est tantum homo non Deus, sine peccato vixisset, ut hominibus exemplum fieret omnes homines idem quoque posse voluerunt. Sed accipe jam quâ ratione IESVS ad divinitatem pervenerit: Ad diderunt quoque, inquit Cassianus, Dominum salvatoremque nostrum post baptismum factum esse Christum, post resurrectionem, Deum: alterum assignantes incarnationis mysterio, alterum merito Passionis: Unde advenit novus iam non nova hæreseos autor, scilicet Nestorius, qui Dominum salvatoremque nostrum solitarium hominem natum esse contendit, idem se omnino dicere, quod Pelagianis ante dixerant.

**A** antiqua magis dici, an recens debeat. Itaque verisimiliter videtur, quod Cassianus Leporium quemdam Monachum illius erroris autorem esse tradit. Nam libro septimo cum Nestorianam hæresim Pelagianam speciosam solentem dixisset, & ostendere in germine, quid pater eius habuisset in radice statim pro ratione subijcit: Leporius ille enim (ut Leporius discipulis suis dixit) Dominum nostrum asserbat Christum factum per baptismum. Et libro primo: Leporius enim tunc monachus, modo presbyter, qui ex Pelagii ut supra diximus, institutione, vel potius pravitare descendens apud Gallias assertor prædicæ hæreseos, aut inter primos, aut inter maximos, fuit à nobis admonitus, à Deo emendatus. Vbi tamen quia Leporium neque primum, neque maximum illius impietatis assertorem nuncupat, sed inter primos aut maximos, satis insinuat etiam alios præcessisse. Et hoc est fortasse quod Augustinus respicit quando in postremis operibus crebro illius arcana conjunctionis qua divinitas & humanitas in Christo copulata sunt, mentionem faciens, semper ab ea meritum removet quod Pelagianus jam videbat esse commentos. Ißam nativitatem, inquit, bona opera secuta sunt, non bona opera meruerunt. Et alibi: Respondetur quoque: ille homo ut à verbo Patri coæternus in unitatem personæ assumptus filius Dei unigenitus esset, unde hoc meruit? Quod eius bonum quæ locum que præcessit? Quid egit ante, quid credidit, quid petivit, ut ad hanc ineffabilem excellentiam perveniret? Quæ tanta instantia videtur esse alicujus exortæ

Ibid. lib. de incarnat. c. 3

Lib. 7. de incarnat. c. 21.

Epist. 120. c. 37. ad Helo notatum.

Lib. 1. c. 4.

Lib. 1. c. 3. citat.

Lib. de cor. Di. prædof. 55. c. 15. vid. c. 12. & c. 13.

Ibid. c. 1.

lib. de dono perfervant. c. ult.

exorte super hac re contentiois argumen- tum, sed quia totus Pelagianorum conatus ad astruendam ceterorum hominum iustitiam vertebatur, hinc factum est ut de Christo & merito diuinitatis eius non ita feruere dispu-

tatio, quamvis esset fortasse prima totius hære- sis basis. Nempe quod primum est in inten- tione, in executione postremum est, et si inten- tio sit executionis parens. Vnde apposite apud Prosperum Nestoriana hære- sis canit.

Nestoriana lues successi Pelagiana,  
Que tamen est utero progenerata meo.  
Infelix misera genitrix, & filia nata  
Prodiui ex ipso germine quod peperit.  
Nam fundare arcem meritis prior orsa superbis  
De capite ad corpus ducere opus volui.  
Sed mea dum proles in summa armatur ab inis  
Congrua bellandi tempora non habui.

In Epistola  
Hæresis  
Nestoriana  
& Pelag.

Quamquam si rem à capite accerere lubet, nemo expressius quod sciam hære- sim tradidit quam totus Pelagianismi fons Origenes. Nam in libris *περὶ ἀρχῶν* Dominicæ incarnationis arcana tractans, ex generali suo principio quo totam rationalis creaturæ dispensationem ex libero suspendit arbitrio, atque unamquamque tantam ex verbo Dei participationem sumpsisse putat, quanto erga illud dilectionis inhaesisset affectu, tandem ad animam Christi delabendo dicit: cum liberi arbitrij facultate varietas unumquemque ac diversitas habuisset animorum, ut alius ardentiore, alius teuiore & exiliore erga autorem suum amorè teneretur, illa anima de qua dixit IESVS, quia nemo auferet a me animam meam ab initio creaturæ (nempe ante corpus) & deinceps inseparabiliter ei atque indissociabiliter inhaerens, utpote sapientiæ & verbo Dei & veritati ac luci veræ, ac tota totum recipiens, atque in eius lucem iplendoremque ipsa cedens, facta est cum ipsa principaliter vnus spiritus. Vnde, inquit, & merito pro eo, vel quod in eo esset in filio Dei vel in a se caperet filium Dei, etiam ipsa cum ea quam assumpserat carne Dei filius & Dei virtus Christus Dei sapientia appellatur. Ecce in paucis verbis tam Nestorij quam Pelagij dogma conjunctum vides, quo Christi animam una cum carne quam assumpserat, pro merito indissolubilis dilectionis Dei filium ac Dei sapientiam appellatam esse delirat. Et nequid obscuritatis in superioribus verbis latere putes, accipe manifestiora: Quod autem dilectionis perfectio & meritis affectus sinceritas ei hanc inseparabilem cum Deo fecerit unitatem, ita ut non fornicata fuerit, aut cum persona acceptione animæ eius assumptio, sed virtutum suarum merito delata, audi ad eam Prophe- tam dicentem: dilexisti iustitiam & odisti iniquita- tem, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo iustitiæ

pra participibus tuis. Dilectionis ergo merito ungitur oleo iustitiæ, id est anima Christi cum verbo Dei unam efficitur. An ista forte aliquo disputandi calore, & ut Augustinus loquitur, non placito quodam fixo retenta, sed quasi iudiciumque rapta, & non con- siderata profuderat? Quid quod & alibi ean- dem doctrinam in summam contrahit & con- stanter tradit? Hac vero anima, inquit, quæ fuit in IESV priusquam sciret malum, elegit bonum: & quia dilexit iustitiam & odit iniquitatem, propterea unxit eam Deus oleo iustitiæ præ participibus tuis. Oleo ergo iustitiæ ungitur, cum verbo Dei unam- culata fæderatione coniuncta: & per hoc sola om- nium animarum peccati maculam fuit, in a filij Dei bone & plene capax fuit: Ideoque & unum cum ipso est, atque eius vocabulo nuncupatur & IESVS Corpius appellatur, per quem omnia facta esse dicun- tur. Et ne quid fermenti desideres ad doctri- nam Pelagij condiendam, hac de causa vult Christum omnibus credentibus EXEMPLVM esse propositum, quia sicut ille semper & ante- quam sciret omnino malum, elegit bonum, & dilexit iustitiam, Et propterea unxit eum Deus oleo iustitiæ, hoc est ut supra dixerat, cum verbo Dei unam effecit: ita & unusquisque post lapsum vel post errorem expurgat se maculis exemplo propositio, & ha- bens in seipso ducem arduam viam virtutis incedat, ut sic forte per hoc, in quantum fieri potest, per IMITA- TIONEM eius participes efficiamur divina natura. Nam similibus pœne verbis, quibus Iulianus dixerat, quod nemo præmia virtutis meretur, nisi qui ad ea sanctitatis Christi imitatione contende- rit; fulmen istud ei intorquet Augustinus: Hoc est occultum virus hære- sis vestre, ut velitis gratiam Christi in exemplo eius esse, non in dono eius. Quod donum utrum agnoscat uti agnosci debet Origenes, alibi forsan dabitur oportunior dis- putandi locus, sed de gratia secundum Pela- gianos satis: nunc ad prædestinationem tran- gamus.

Lib. de gestis Pelag. c. 6.

Lib. 4. Peri Archonc. ut

Ibid. Lib. scilicet 2. c. 6.

Lib. 2. op. imperf. f. 350.

Lib. 2. Peri Archonc. c. 6.

Ibid.

Psalm. 44.

P 4 Transl.

Transitus ad Prædestinationem. Præmittitur totius hæresis  
Pelagianæ scopus, & generalis ordo dogmatum.

CAPVT SEPTIMVM.

**E**X ijs quæ de gratiæ corruptelis & me-  
riti prærogativis secundum Pelagia-  
norum sententiã disseruimus, quid de  
prædestinatione senserint facile intel-  
ligi potest. Nam etsi hac de re nihil omnino  
loquerentur, perspicacior tamen quisque non  
difficiliter colligit omnem gratuitam præde-  
stinationem eos funditus sustulisse. Nam siue cœ-  
lestem gloriã ac regnũ Dei illis tribui ac deberi  
sentiant, qui liberi arbitrij viribus peccatorum  
omniũ tentationes superent omniaque Dei manda-  
ta custodiant: siue illis Dei adiutorium, ad  
obtinendam iustitiæ perfectionem dari velint,  
qui sine Dei adiutorio propria voluntate cre-  
diderint, petierint, quaerierint, pullauerint,  
quicquid deinceps talibus à Deo propter istud  
vel inchoationis exordium, vel perfectionis  
culmen conferri dixeris, manifestum est eis  
non tam tribui quam retribui; ac per hoc ne-  
que meritum neque præmium eis gratiã di-  
uinã vel electione prædestinari; sed humanæ  
libertatis arbitrium offerre meritum, Dei ius-  
titiã referre mercedem. Atque ita totum  
prædestinationis negotium ad nudam humani  
meriti, siue fidei, siue etiam operum præscien-  
tiam iuxta duplicem Pelagianismi statum de  
inchoanda vel etiam perficienda suis viribus  
iustitiã revocari. Quæ quamvis in genere ex  
antedictis perspicua sint, nec operiosioris dis-  
putationis indigeant, ne quid tamen anfra-  
ctuum Pelagianorum curiosis lectoribus desi-  
deretur, quod ad eorum mysteria sigillatim  
penetranda faciat, eorum sensa de singulis ad  
prædestinationem concurrentibus percurren-  
da sunt, si primum totius hæresis Pelagia-  
næ scopum ac dogmatum connexionem sub-

jecerimus; quo fiet ut etiam ea quæ de præ-  
destinatione dicenda sunt plenius intelligatur.

Sciendum igitur Pelagium, omnesque di-  
scipulos ejus, non tantum Cælestium & Iulia-  
num, sed etiam Semi-Pelagianos non alium  
habuisse scopum in errore suo condendo,  
quam ut humana salus quemadmodum & in-  
interitus ex humani arbitrij, quod omnibus  
per creationem datum est, libertate penderet;  
ita nimirum, ut si quod forte ad illam salutem  
assequendam præmium per gratiam suam  
operaretur Deus, ultima tamen discretio  
unius ab alio, operantis à cessante, credentis  
ab incredulo, volentis à nolente nequaquam  
à Deo, sed ex liberi arbitrij cardine flexuque  
peteretur. Cum enim certissimum & ipsis in-  
timis rationis penetralibus tamquam solis  
radio inscriptum esse sentient, neminem rectè  
sine propria sua voluntate, hoc est nisi ipse  
velit, posse vivere, neque quidquam esse magis  
in potestate hominis quam voluntatem (Quia  
ut Augustinus, non dicimus esse in potestate, nisi  
quod cum volumus fit, ubi prius & maxime est ipsum  
velle: sine ullo quippe intervallo tempore præso est  
voluntas ipsa cum volumus) Huic veritati con-  
sectaneum & vinculis adamantinis connexum  
esse putaverunt, sibi ipsis tantum tamquam  
suum & proprium bonum esse tribuendum,  
quod bene & laudabiliter viverent. Quam  
præsumptionem eorum præclare expressit Pro-  
sper carmine de ingratis; ubi Pelagiani omnia  
Massiliensium dogmata se confiteri paratos  
dicunt, dummodo unicuique sibi dumtaxat li-  
berum arbitrium salvum esse patiantur, ut sa-  
lutem suam possint ex volendi fonte suspen-  
dere:

*Quæque placent vobis amplectimur, edita nobis  
doctrinæ vestræ est pietas, nihil inficiando*

*Discutimus etc.*

*Dum nostri decus arbitrij lumenque creatum*

*Principio, quod sponte potest insistere rectis,*

*Manserit illesum, nec viribus absit ab illis*

*Quas condente Deo generaliter omnis in Adam*

*Suscepit natura hominis, nec suppetat ulli*

*De non accepta arbitrij virtute querela. etc.*

*Sitque salus dignus salvari ex fonte volendi*

**E**X hoc principio omnia sua dogmata re-  
ligata contextunt: quanquam ad eundem  
scopum Pelagiani & Massilienses diversis iti-  
neribus contenderunt: utrique quidem larva  
quadam pristinae integritatis usi, sed huius gratiæ,

illi naturæ. Verum de Massiliensibus infra  
latius.

Itaque Pelagius ut eo pertingeret, statim  
in ipso exordio meracissimum suum errorem  
protulit, nempe superbissimum illud dogma  
de asse-

de assequenda non solum iustitiæ perfectione, sed etiam *arabibus*, omniumque perturbatio- num vacuitate, ita ut instar angelorum ac Dei, facile absque omni peccato possemus vi- vere per solum humanæ voluntatis arbitrium. Cujus sententiæ arrogantiam cum doctrina sana respueret, lubricus instar colubri multis voluminibus errorem implicuit & hæreticis fraudis varietatibus coloravit. Sed in qua- cumque diverticula clamoribus adversantium territis se proriperet, sive naturæ, sive legis, atque doctrinæ, sive etiam gratiæ Christi commendando, semper ad eundem suum ini- tio propositum collimat scopum, ut sive lex & exemplum Christi quid faciendum esset in- strueret, sola naturæ facultas opus ipsum & iustitiæ sibi pareret: sive veræ gratiæ non- nullam facilitatem aspiraret, nudæ tamen arbitri vires persfacile inciperent, nudæ quo- que universa mandata & iustitiæ perfectionem, *est* nonnulla cum difficultate perficerent. Quod si quid gratiæ adijceretur, hoc cona- tibus nostris debitum, non gratis datum esse censuerit. Hoc totius hæresis Pelagianæ caput & quasi cardo est, in quo tota vertitur illius erroris impietas. Nam quicquid ulterius de laudabili naturæ integritate, de primis homi- nibus, parvulis & adultis, de electione Dei & prædestinatione commenti sunt, hoc ne- cessitate potius quam prima voluntate con- tigit, ut esset primi illius dogmatis vel appen- dix, vel fulcrum vel ornamentum. Nam quicquid de divinâ prædestinatione & ele- ctione, de qua inferius, perperam philosophari sunt, erroris illius capitalis tantummodo appen- dix est, quam ipsa series connexarum ab- surditatum postulat. Meritum quippe huma- num est interitus gratiæ prædestinationis & electionis. Quicquid vero de gratia sive naturæ sive legis sive exempli Christi & re- missionis, cæterisque eodem spectantibus gar- riunt, nudum impietatis velum est, mitigan- dæque invidia excogitatum, quo dogma ne- farium imperitorum oculis poliendo, palli- andoque colorarent. Nam in initio cum pri- ma puri illius Pelagianismi ferret prædi- catio, nihil de toto illo variarum gratiarum apparatu in mentem venerat. Illud vero, inquit Hieronymus, *Quod ad decipiendos quosque postea huius sententiæ coaptarunt (non absque Dei gratia) cum prima legentes fronte decipiat, introspectum & diligentissime ventilatum, decipere non potest.* Deni- que quicquid de mortalitate primorum hominum, de naturæ parvulorum labis originalis experte, de illibata procreationis eorum inte- gritate, de libertatis viribus, de bonitate con- cupiscentiarum naturalium statuunt, Decu- mani illius erroris fulcrum & fundamentum est, quo subtracto tota ruit Pelagianismi moles. Vnde Augustinus cum dogmata ista recense- ret, quæ potius à Celestio quam Pelagio tu- endo primo errori de naturali iustitiæ possi- bilitate excogitata sunt, *In hoc, inquit, potius tota hæresis ista consistit, nempe tamquam in ra- dice & semine. Si enim natura ut prima*

**A** condita est, expertis peccati & inviolata in par- vulis & majoribus permanet, sine dubio nulla Christi gratiæ ad bene vivendum & regnum cælorum assequendum necessaria est. Nam ubi nulla est ægrotantis infirmitas ibi nulla fingi potest, medicinæ necessitas. *Sic enim lau- dando sanæ naturæ creatorem, cogimur, inquit Augustinus, dicere, non verè convincimur dicere superfluum salvatorem.*

Hinc igitur accidit, quod tanto disputa- tionis ardore & rationis viribus omnes Pela- giani satagunt, Pelagius, Celestius, Iulianus, ut natura sine peccato nasci & viribus liber- tatis prorsus illæsa esse credatur, non quod per se magna eis esset illorum dogmatum cura, sed quod perspicue animadvertent se sine illorum subsidio naturalem illam sine omni Mediatoris gratiæ, bene vivendi potesta- tem non posse defendere. Quod ex libris de natura & gratiæ & de perfectione iustitiæ manifestissime liquet, ubi cum ex professo passis velis, ad capitalem illum errorem & cæterorum omnium scopum tuendum tende- rent, insitam & peccato inviolatam omnisque debilitatis expertem naturæ bonitatem & li- bertatem in subsidium vocant, omnesque cau- sas remouent, cur natura infirmata esse cre- deretur. Quo sane perspicue ostenditur, quis dogmatum Pelagianorum juxta mentem au- torum ordo sit, quis cardo & scopus. Nec mirum, non enim perfecta quæque operatio est propter integritatem & sanitatem rei, sed rei cujusque integritas propter operationem perfecte exercendam instituitur. Vnde Ce- lestius totum venenum suum in cælum evo- mens & insilians quo tota impietas Pela- giana tenderet manus, dicebat quod ex illo quod *aut Petrus, divinæ nos esse consortes natura, conse- quens sit, ut ita possit esse aynna sine peccato quem- admodum Deus.* En quo collimat superbia Pe- lagiana & omnis dogmatum apparatus. Vnde Prosper tum alibi tum in Epistola ad Deme- triadē: *In paradiso, inquit, Ecclesia constitutos, & virtutum delicijs abundantes ad confidentiam liberi incitavit arbitri (diabolus), ut profectus suos in se constituerent, & ad arborem propria voluntatis ma- num præsumptionis extenderent.* Ecce primum lapidem offensionis & petram scandali, in quam factus Pelagianus impegit. Sed jam ulterius vide in quæ dogmatum aliorum por- tenta & quousque illius elationis primæ tu- endæ cupiditate præcipitati sunt: Hinc illa erat, addit Prosper, *natura humana fraudulenta lau- datio & illæsa per omnes homines originalis defensio bonitatis.* Hinc Adæ peccatum exemplo postevum asse- rebatur nocuisse, non transitu: & quam illi fuerat non violare mandatum, tam liberum esse unicuique declinare delictum. Hinc evacuatio baptismatis par- vulorum qui sola adoptione donari, nullo tamen reatu dicerentur absolvi. Hinc postremo divinæ gratiæ si- mulata & insincera confessio qua secundum merita daretur, non ex qua merita nascerentur. Nimirum omnia ista hinc esse nata & eo directæ signifi- cat, ut illam quam dixerat, confidentiam li- beri arbitri, & insitam iustitiæ perficiendæ potestas

*Lib. de natur. & grat. c. 17*

*19. 42. 43*

*50. 64*

*Lib. de pecc. & infirmitate*

*10. 12. 14.*

*Lib. de nat. & grat. c. 17*

*19. 42. 43*

*50. 64*

*Lib. de pecc. & infirmitate*

*10. 12. 14.*

*Lib. de gest. Pelag. l. 35.*

*In Epist. ad Deme- triad.*

*Epist. ad Cresp. p. 1.*

*Lib. de gest. Pelag. c. 10.*

potestatem tuerentur. Ex quo fonte consequenter omnibus Pelagianis, eorumque hæredibus medullitè innatum fuit capitale odium omnis divini propositi, quo unus quo-

quo modo discernetur ab alio: quod tanquam acceptionem personarum, coactionem, fatum, fatalemque necessitatem semper capere pejus & angue detestati sunt.

Oeconomia divinæ voluntatis & gratiæ erga salutem humanam.

De gratuita vocatione & justificatione: & quo sensu

vocatio vocatur secundum propositum.

C A P V T O C T A V V M.

**Q**VAPROPTER suis quæ diximus principiis innitendo, longe aliam ipsi quam Catholici, divinæ bonitatis ac voluntatis economiam erga salutem humanam fabricant. Dicunt etenim quandoquidem nemo peccati reus, vel iudicio divino nascatur obnoxius, sed veluti tabula rasa, a capax virtusque rei non plenus, & ut sine virtute, ita & sine vitio procreetur, Deum generaliter velle omnes homines salvos fieri & ad agnitionem veritatis venire: e ut qui voluerint credant; nemo quippe, inquit, d ex Dei potentia vel in malum vel in bonum invitatus cogitur, hoc est, ex nolente fit volens. e aut reluctanti studium virtutis immititur, quia personarum acceptio non est apud Deum. Hoc enim ex mera & sola hominis libertate pendet. Nam ante hominem vita & mors, quod placuerit dabitur illi ne libertas scilicet tollatur arbitrii: qua tanquam prima Dei creatoris gratia instructus & simul per creaturarum contemplationem adjutus, dace ratione, cognoscebat creatorem & quemadmodum esset vendum, per legem naturalem scriptum gerebat in cordibus. Sed cum propter invalescentem

peccandi consuetudinem non sufficeret virtutis moribus natura iam decolor, alia similiter generalis gratia, Lex Moysis adjecta est, qua velut lima fulgore pristino, detritæ a rubigine natura redderetur. Sed posteaquam etiam hic inania peccandi consuetudo prevailuit, cui sananda lex parum valeat tamquam generalis totius humani generis Medicus Christus advenit & tamquam desperatissimo morbo, non per discipulos, sed per seipsum medicus ipse subvenit. Cujus medicinæ gratia in hoc sita est, primo quod Deus illum pro pro nobis omnibus tradidit, pro omnibus, inquam, non pro aliquantulis quos ipse peculiari putetur voluntate selegisse. Secundo, gratia Christi magis propinqua est remissio peccatorum, sive baptismus hominibus legis prevaricatione reis, quam propter invalescentem peccandi consuetudinem jam amplius implere non peterant preparatus. Sed & ista gratia prorsus est generalis & omnino indifferenter proposita, sed quod uni præ alijs detur, hoc ex hominum voluntate contingere, quorum unus Christo credere velit, alius nolit.

Cum sine delectu, inquit Prosper, seu lex seu gratia Christi,

Baptismus seu remissio peccatorum

Omnem hominem salvare velit: Dominique vocantis

Sic sit propositum, ut nullus non possit ad illud

Libertate suâ, proprioque vigore venire,

Sitque salus dignis salvari ex fonte volendi.

**D**Eo namque circa omnes homines per universum mundum commune & generale esse studium, ut qui voluerint credant, Christo scilicet salvatori, & qui crediderint justificationem merito fidei & bona voluntatis accipiant.

Tertio gratia Christi consistit in doctrina quam Christus attulit mundo & exemplo virtutis ejus quibus adjuti homines studerent deinceps custodire iustitiam quam compendio credulitatis, hoc est fidei in baptismo, fuerant affecti. Itaque totam beneficium adventus Christi in hoc videntur constituere, quod cum totus mundus non amplius ut olim legem implendo, esset reus Deo, Verbum caro factum sit, ut quos

sero redimavimus cum qui nobis charitatem suam ostenderat. Nam cum ante, legis totius observatione iustitia quæri deberet ab hominibus, nunc eam quantumcumque peccatores sine omni omnino labore impletæ legis aut difficilis penitentia sola fide per baptismum accepta peccatorum remissione gratis accipiant. Illos autem jam justificados verbo & exacta iustitia norma, hoc est exëplo docuit, quo pacto jam esset vita instituenda, & ita pollicetur celeste præmium, quo unigeniti simus coheredes, ut simul tam præcedentium quam sequentium sanctorum remuneratio emicaret.

Cum igitur quatuor sint in quibus Dei benevolentia, & Christi gratia eluceat, vocatio, iustificatio, glorificatio, & quæ in Deo est æterna

a Pelag. lib. de pecc. orig. c. 13. apud August. b Jul. lib. 4. apud August. sent. Jul. c. 8. c Prosper Epist. ad Romanos fin. d Lib. 1. ad Bonif. c. 18. e Lib. 2. ad Bonif. c. 10. Pelag. in Comment. in c. 11. Rom. n. 17. Prof. Epist. ad Rufin. Pelag. lib. de pecc. orig. c. 26.

Prof. Epist. ad Rufin.

Lib. 2. cont. Jul. imperf. f. 429.

Lib. 1. oper. imp. f. 139. & 2. f. 439.

Carm. de lib. grat. c. 6.

In c. 4. ad Rom. n. 11.

Lib. 2. f. 401.

Lib. 1. f. 139.

Lib. 2. f. 401.

aeterna praedestinatio, sic de singulis Pelagiani statuunt.

Vocationem hominum peccatorum ad praedictam baptismi gratiam per fidem accipiendam dicunt esse gratuitam. *Gratis vocat ad salutem*, inquit Pelagius. Et, *agnitio* (veritatis) *non ex merito est, sed ex Domnica veritate* scilicet gratis praedicata. Sed cum ab eis ratio extorquetur, cur his non illis Christi annuncietur Euangelium, & ita quaedam inter homines discretio fiat mox totum ex humanarum voluntatum diversitate suspendunt. *Quos praeservit credituros*, inquit idem, *hos vocavit, aut certe discretio non in persona sed in tempore est*, quod scilicet certis quidem temporibus, sed non certa & singulari, at communi vocatione homines vocantur per praedicationem ut credant, hoc fit ideo quia tunc eos Deus praeservit esse credituros. Ex quo patet nullam eos agnoscere peculiarem benevolentiam, seu ut scripturae vocant propositum Dei, secundum quod unum alio praetermissio vel integras etiam nationes neglectis alijs ad salutem advocet: sed hanc discretionem volunt ex aliquo diversitatis ab hominibus datae & unum ab alijs discernentis praevisione contingere, sive hoc opus aliquod bonum, sive etiam minora peccata esse dicantur. Nam Pelagius non veretur eos *vasa misericordiae* appellare,

*Pelag. in Comment. c. 8. ad Rom. n. 49. Inc. 1. ad Th. n. 3.*

*In c. 8. ad Rom. n. 52.*

*Ibid.*

*In Comment. c. 9. Rom. n. 31. Ad Rom. 8.*

*Lib. 2. ad Boet. c. 10.*

qui digni erant misericordia, quia & minora commiserant & graviter fuerant afflicti. Hinc est quod vocationem secundum propositum, cuius Apostolus meminit non illam esse volunt quae fit secundum propositum vocantis & eligentis Dei: sed ut etiam ab Augustino observatum est, ita secundum propositum vocari putant quibus Deus omnia cooperetur in bonum, ut propositum hominis intelligatur, quod propositum tanquam bonum meritum sequatur misericordia vocantis Dei.

Quamquam & alio modo Dei propositum exponere solent. Nam posteaquam Deus sua vocatione homines ad salutem per fidem accipiendam invitaverit, dicunt in cuiusque esse libera voluntate velle vel nolle credere, quam credula vel incredula voluntatis ex hominis libertate profiliens motum sua statim retributio consequatur. Crementibus enim

A gratis peccata sua per baptismi gratiam iniqua justificatione remittuntur, incredulis retinentur. In hoc ergo consistere propositum Dei, quod cum totus mundus transgressione legis data deliquisset, Deus ex sua bonitate proposuerat iterum iustos facere homines per baptismum & peccatorum remissionem, idque gratis nullis operibus legis quam praevicari fuerant vel laboriosa poenitentia praecedentibus, sic tamen ut in filium deberent credere accipiendae justificationis autorem. Nam illud Apostoli: *Quam promisit Deus ante* *In Epist. ad tempora secularia*, sic exponit Pelagius: *Ante Titum c. 1. omnia tempora apud se proposuit per filium salvare* n. 5. *credentes*. Et in illud ad Timotheum: *Non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum*:

*quos*, inquit Pelagius, *proposuit nos gratie salvari* *In c. 2. ad per Christum*. Et expressius ad Romanos *propositum secundum quod vocati sunt sancti*, dicit *In c. 3. ad Rom. n. 49.* *esse*, secundum quod *proposuit sola fide salvari quos praeservat esse credituros*. Hanc autem salvationem intelligit fieri per justificationem quam baptismus & remissio peccatorum tribuit. Nam sententiam suam de vocatione & justificatione in summam conferens: *Quos*, *Ibid. n. 52.* *inquit, praeservit credituros hos vocavit, vocatio autem volentes colligit non invitos, ergo vocantur per praedicationem ut credant, credentes iustificentur per baptismum, glorificentur in virtutibus gratiarum*. Quod autem fides illa ex sola hominis libertate expectari debeat, interpositis verbis significat: *Vocatio autem volentes colligit non invitos*. Phrasis enim illa Pelagianorum est, qua fidem ita volunt ex hominis solius voluntate suspendere, ut per Dei gratiam nullo modo fiat ex invito volens, ut supra suis locis declaratum est.

Hoc autem propositum salvandi per fidem non volunt antiquis fuisse temporibus, sed tunc solummodo mundo esse revelatum, cum iam lex propter peccandi consuetudinem non amplius servaretur. Tunc, inquit Pelagius, *ma-* *In c. 1. ad Iulianum, quando praeservat factum esse omnem scilicet mundum a iustitia diversum*. Nam antea non erat opus illo iustificandi proposito, cum homines perfecta legis observatione salvarentur.

## De duplici electione gratiae & meritum: & quomodo illae duae simul consistant.

### CAPVT NONVM.

EX hoc ergo fonte fluit etiam duplex illa inter Pelagianos electio, una meritum, alia gratiae sive fidei. Electio meritum est, qua quis ad salutem eligitur ex meritis operum quibus lex & mandata custodiuntur. Electio gratiae, qua quis gratis per fidem eligitur ad salutem, ut supra explicatum est. Pelagius: *Electio gratiae* *In c. 11. ad Rom. n. 11.* *fides est, sicut opera electio legis*. Et eandem oppo-

sitionem duarum electionum ad salutem sive iustitiam indicans: *Idem*, inquit, *Israel non est consecutus iustitiam, quia eam non ex fide querebat, (credendo scilicet ut iustificaretur peccatorum remissione per Christum) sed ex solis operibus legis se iustificari putabat, cum maxime legis mandata contemneret*. Hoc est ut Iulianus magistrum explicans alicubi dicit, *Contemnebant dona Christi velut sibi non necessaria, quod veniam* *Lib. 6. cont. Iul. c. 73.* *daret*

daret illo peccatis, quæ ipsi legi admonitione vitassent, putantes scilicet se Christi remissione non indigere, quia totius legis præcepta compleverant. Nam hæc superbâ persuasione delusi, cum Christus venit, inquit Pelagius, *salvare eos à peccatis suis non crediderunt, & ideo Israël non est consecutus iustitiam. Quem sensum luculentissime tradit Pelagius in caput decimum ad Romanos. Sic ergo patet electionem meritòrum propriam fuisse superioris temporis, sub Lege Moysis; electionem gratiæ posterioris, quo gentes ad salutem gratis accipiendam invitati sunt. Nequaquam tamen hanc electionem gratiæ ita gratis fieri apud Pelagianos putes, ut nihil omninò meriti antecedit. Nam huiusmodi gratiæ electioni, quæ Catholicæ Ecclesiæ propria est, ita capitaliter inimici sunt, ut nec electionem quidem esse aut cogitari posse credant nisi eligendi aliqua diversitate ex se data discernantur. Ceterum quæ electio, inquit Pelagius, ubi nulla diversitas meritorum? Et exponens propositum voluntatis Dei qua operatur omnia: Omnium, inquit, horum causa voluntas Dei: quam rationabilem esse non dubi un est. Nempe quia non cæco scilicet modo discernit & eligit homines, sed rationem invenit, meritum scilicet saltem fidei cur unus alteri præferatur. Et in illud: Tu sile stas, idem dicit: Non enim Deus personam acciperet & illos sine causa progeret. Siquidem unum alteri eligendo anteferre nisi in ipsis qui eliguntur discretionis illius subditatio, personarum acceptionem esse non dubitant. Quod usque adeò inter Pelagianos constitutum est, ut Iulianus nihil aliud iustitiam esse definiat, nisi virtutem qua fingitur diligenter officio, ad restituendum sua unicuique sine fraude sine gratia. Qua iustitiæ lancee declarant alibi Deum gentibus ac Iudæis iustum fuisse: Reklent, inquit, cuique suum sine fraude, sine gratia, hoc est sine cuiusquam acceptione persona quod exprimit nomen gratia in definitione iustitia. Ecce expressam sine ambagibus, gratiam nihil omninò supponentem in hominibus diversitatis, & acceptionem personarum unum idemque esse Pelagianis. Ex quo fit ut ibidem magnis disputandi viribus asserat nihil à Deo erga Iudæos & gentes esse actum gratis, sed utriusque populi voluntates sive bonas sive malas fuisse trutinatas. Generalis quippe illorum ut supra diximus ac definita sententia est: Deum adiuvare unicuiusque bonum propositum, non tamen reluctanti studium virtutis immittere, quia personarum acceptio non est apud Deum.*

Quod igitur tam pertinaciter asserunt meritum omnis electionis, & tamen electionem quandam gratiæ seu gratuitam prædicant, ita concilianda sunt: Quod gratis velint hominem eligi ad iustitiam seu peccatorum remissionem, quia peccatori nulla legis, quam præ-

In c. II. Rom. n. 14.

Vide n. 3.

In c. II. Rom. n. 11.

In c. I. Ephes. n. 25.

In c. II. Rom. n. 37.

Lib. 1. oper. imperf. f. 29.

Col. 184.

Lib. 2. ad Bonif. c. 6.

varicatus est, vel laboriosa pœnitentiæ operâ proferenti per baptismum datur. si tamen voluerit Christo Salvatore sua voluntate credere. Hæc enim opera, non fidem, propriè merita Pelagiani esse docuerunt. quæ distinctio ex Apolloto perperam intellecto sumpta est ubi dicit: ei qui non operatur, credenti autem in eum Rom. qui iustificat impium, reputatur fidei eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ Dei. Et ubi electionem gratiæ explicat: Si gratia iam non ex operibus. Non dicit, inquit Augustinus, Pelagianam formando objectionem, quod non sit ex fide. Hæc enim loca sic intelligenda credunt, ut electio ad iustificationem gratis fieri censetur, quia sine apparatu operum legis veluti meritorum fiat, quantumcumque ex fide fiat: Iustificati gratis, ait Pelagius, quia, sine illa in operum actione per baptismum, quod omnibus gratis non peccata donavit. Et alibi: Ignorantes quod Deus ex sola fide iustificat & iustos se ex legis operibus quam non custodierunt esse putantes, noluerunt se remissioni subijcere ne peccatores fuisse viderentur. De quo gratiæ iustificationis intellecta alibi latius disertum est.

Quamvis igitur isto sensu gentes gratis ad iustificationem electas velint, cum tamen illa ratio gratiæ, & gratiæ iustificationis ad amissum expenditur, inveniuntur alio merito tenuiore totam gratiæ electionem evertere. Nullam enim prorsus electionem ad iustitiam fieri volunt, nisi, si non opera legis, saltem ipsa præcedat hominis fides: fides inquam non quam Deus occulta sua gratia operetur, sed quæ Pelagiano sensu ex sola hominis libertate prædicationem admittentis oriatur. Nam electos Dei explicans Pelagius: quos Deus elegit credentes, inquit. Et fidem electorum Dei vocat, quæ credentes electi sunt.

Quam quidem electionem sicut in tempore propter fidem fieri volunt, ita in æternitate propter fidei præscientiam. Iacob & Esau Doctore Pelagio fidei sunt apud Deum merito separati, ut propositum Dei de eligendis bonis & resutandis malis etiam in præsentem maneret. Ita ergo & nunc, inquit, quos præservit de gentibus credituros elegit, & ex Israël reiecit incredulos. Item: præscientia Dei non prædicat peccatores si converti voluerint, nempe sua humana voluntate; quia Deus, ut ibidem, non facit alios bonos, alios malos, hoc enim humani operis esse putat. Et alio in loco, Elegit nos, inquit, Deus videns paratos ad credendum sicut & alibi recumbenti viro adædoni Theof. n. 21. revelatum est. Et rursum: illam plebem non respulit, quam præservit esse credituram. Nullam enim misericordiam homini à Deo decerni superbissimi isti volunt, nisi ex meriti alicuius præscientia. Nam illam Dei sententiam: Miserebor cuius misereor; recto sensu sic intelligi docet; Illius miserebor quem præservi posse misericordiam promereri, ut iam tunc illius sim misertus.

Quid

Quid prædestinatio Pelagianis. Omnis ex prævisione fidei vel meritorum, etiam respectu parvulorum. De vasis ira & misericordiæ pauca.

CAPVT DECIMVM.

**H**INC igitur fit ut istis principijs insistendo Pelagiani nullam omnino prædestinationem sciant, nisi quæ vel ex operibus, vel saltem ex fide fiat. Ex operibus quidem: Quos prævidit conformes futuros in vita, voluit ut fierent conformes in gloria, inquit Pelagius. Et apud August. Pelagiani dilucidis verbis asserunt: Præsciebat ergo (Deus) qui futuri essent sancti & immaculati per libera voluntatis arbitrium, & ideo eos ante mundi constitutionem in ipsa sua præscientia, qui tales futuri esse præscivit elegit. Elegit ergo antequam essent, prædestinans filios, quos futuros sanctos immaculatosque præscivit: Vtique ipse non fecit nec se facturum, sed illos futuros esse prævidit. Ex fide vero quam præscivit Deus: Hos prædestinavit, ait Pelagius, ut haberent potestatem filij Dei fieri homines, qui credere voluissent.

In c. 8. Rom. n. 50.

Lib. de prædest. SS. c. 18.

In c. 1. Epist. n. 13.

In c. 3. Rom. n. 50.

In c. 1. Epist. n. 23.

Lib. de prædest. SS. c. 18.

In c. 8. Rom. n. 49 & 50.

& in c. 11. n. 4.

Inò verò prævisionem vel operum legis vel fidei tanti faciunt, ut prædestinationem nihil aliud decernant esse nisi præscientiam. Nam ad illa verba, Nam quos præscivit & prædestinavit conformes &c. dogmaticè Pelagius tradit: Prædestinare idem est quod præscire. Et prædestinationis rationem explicans, qua Paulus ad Ephesios secundum præpositum nos prædestinatos dicit: Prædestinati, inquit, per fidem sive præcogniti.

Ex quibus perspicuum est ita Pelagianos intelligere prædestinationem sicut reprobatio intelligi solet. Vtramque enim pari modo, boni vel mali alicujus ab humana libertate proficientis præscientiam esse volunt, vel certe, si quid divinæ voluntatis aut propositi simul adjunctum fuerit, hoc totum ipsa præscientiâ esse posteriori, & sive operum sive fidei aut infidelitatis, sive bonæ malæve voluntatis prævisione niti. Ex quo fit ut ubicunque Scriptura prædestinatos etiam præscitos vocat, non aliter hoc intelligant, nisi quia Deus eos præscivit, vel sanctos futuros per libera voluntatis arbitrium, vel saltem, esse creditur: ut consequenter prædestinatus non minus quàm reprobus præscitus vocari possit ac debeat. Propositum enim divinæ voluntatis si quod interveniat, sive in hac vita iustificandi per baptismi indulgentiam, sive in alia glorificandi, non magis afficit aut mutat hominis voluntatē, quam reprobandi atque damnandi. Nam sicut ista divinæ voluntatis effecta iustificatio, glorificatio, damnatio humanorum operum aut voluntatum exercitium in tempore præsupponunt, ita iustificandi, glorificandi damnandique propositum, humanorum motuum præscientiam consequuntur.

Usque adeo vero istius divinæ prævisionis

architecti, hac meritorum prærogatione & præscientiâ delectantur, ut neque in parvulis eam vacare putent. Vnde Augustinus, cum eos illo Apostoli loco, quo non ex operibus, sed ex vocante Iacob dilectus dicitur, Esau odio habitus. confutasset: Mirum, inquit Augustinus, cum his coarctantur angustis in quanta se abrupta præcipitent, metuentes veritatis. Et quodnam illud præcipitium? Ideo, inquit, nondum natorum alium oderat, alium diligebat, quia eorum futura opera prævidebat. Quæ impia & Apostolico scopo adversa responsio omnium Pelagianorum cõmunis fuit. Nam & Pelagius per Esau & Iacob eos prophetari docet, qui futuri erant ex operibus boni & mali: Et ex ipsis operibus aut odium Dei habere aut misericordiâ eius consequi. Et Iulianus ostendi putat: Non in seminibus, sed in moribus esse distantiam: siquidem Iacob & Esau una seminis excipione concepti & una vi parientis effusi diversos nimirum exitus pro meritorum diversitate perulerunt. Vterque vero sub operibus etiam fidem se declarat comprehendere.

Epist. 105. ad Sixtum. Ibid.

In c. 8. Rom. n. 18.

Lib. 1. oper. imp. f. 184. apud Aug.

Vide comm. Pelag. in c. 8 n. 14. 16 & 17.

Epist. 106. ad Paulin.

Vide c. 17. & 36. lib. 1. de pecc. merit. & remiss.

Epist. 105. ad Sixtum. vers. finem.

Cum verò explicare cogentur quo pacto illa merita invenirentur in parvulis, ex quorum præscientiâ amor Dei aut odium nasceretur, in diversa deliramenta præcipitati sunt. Quidam enim ex illa Iacob & Esau in visceribus lucta, & inter nascendum supplantatione perluasi sunt, hæc esse opera libertatis. Quomodo, inquit, in infantibus hæc agentibus nullum est ad bonum vel ad malum proprie voluntatis arbitrium. unde præmia sive supplicia meritis præcedentibus subsequantur? Alij voluerunt aliquid eos proprii peccati, & consequenter etiam boni operis in hac vita commississe, quod Deus prævidendo oderit vel dilexerit. Alij cum utrumque absurdum esse cernerent propter opera futura, quæ majores vel facturi sunt vel facturi essent, si viverent, Deum præsciendo dilexisse parvulos aut odisse commenti sunt. Nam Deus, inquit, in eis quos hinc auferri, prævidet, quemadmodum victurus esset quisque si viveret: & ideo quem nequiter novit fuisse victurum, sine baptismo facit & morti, sic in eo puniens opera mala non qua fecit, sed qua facturus fuit. Itaque vides etiam Pelagianos merita tandem conditionata confinxisse, in quæ parvulorum quoquo modo refertur perditio aut salus, ne vel hic discretionem unius ab alio, in divinam gratiam, & ulterius in gratuitam electionem & prædestinationem Dei referre cogentur.

Ex qua prædestinationis & electionis intelligentiâ, & gratiæ merita liberi arbitrij subsequentis præcipatione perspicuum est quam rectè Divus Prosper illum totius Pelagiani erroris conatum & scopum designaverit, videlicet ut sit

Q

salus



*Lib. de in-  
grat. i. 6.*

*Salus dignis salvari ex FONTE VOLENDI.*

Nam fundamentalis, radicalis atque ultima discretio cardine tandem humanæ voluntatis nititur, quæ vel operando totam iustitiam, ipsa sibi parit vel saltem volendo, credendo, pulsando gratiæ provocat adiutorium, quo ad-juta possit ulterius, quod per se ipsa non potest. Atque ita volentis hominis conatus eligitur, non misericordis Dei prædestinatio commendatur. Nam isti prædestinantiam Dei misericordis tam acerbi sunt inimici, ut illam apertissimam Pauli sententiam: *Igitur non volentis, neque currentis, sed misericordis est Dei.* Itemque, *ergo cum vult miseretur, & quem vult obdurat.* Quibus nihil luculentius pro Dei discernentis misericordia & iudicio dici potest in suam hæresin detorquentes asserant, ut Augustinus refert, *Non ex persona Pauli hoc dictum, sed eum voce interrogantis & redarguentis usum fuisse, cum hæc diceret, tanquam hæc dici utique non deberet: vel certe Paulum assumere personam alicuius de contrario ventis ac dicentis non esse in nobis aut recte aut malum agere, sed in Dei arbitrio constitutum: quem adversarium ex hoc loco convincat Apostolus falsum dicere, quia scilicet dum contradicendo queritur de voluntate Dei ostendit se esse liberi arbitrij qui audet de Dei iudicio retractare. Vtraque Apostolici sensus adulteratio etiamnum extat in Pelagij commentarijs.*

Hinc est igitur quod vasa iræ atque mise-

*Lib. de gest.  
Pelag. c. 16.  
& Pelag. in  
comment. c. 9  
Rom. n. 23.  
Pelag. in  
comment. c. 9  
Rom. n. 23.  
& 25. &  
apud Aug.  
lib. de prædest.  
55. c. 8. &  
1. lib. 1.  
oper. imperf.  
f. 187.*

ricordis de quibus consequenter Apostolus disputat nullo modo per figulum discerni & una præ alijs in gloriam præparari velint, sed hoc totum esse humanæ libertatis opus. *Hæc vasa, inquit Iulianus, studijs proprijs aut ad iram aut ad gloriam præparantur, Deus autem non facit potentiam suam in utroque, vel severitatem in impijs exercendo, vel benedictionem fidelibus largiendo. Et alibi: Cum alij in honorem, alij in contumeliam fieri dicuntur, iuvat sensus Catholicorum (hoc est Pelagianorum, quos Catholicos Iulianus vocat) quo secundum diversitatem voluntatis humanæ diversus etiam vasorum exitus predicatur. Quod ideo dicit, quia ex officina Pelagiana profert nobis Iulianus alium Deum, qui, ut loquitur contra Apostolum, Neminem format in contumeliam Sed omnes qui vel in honore formantur aut contumelia, hoc habent de proprio stipendio voluntatis: quemadmodum enim ira, ita & gloria datur his vasis quæ ad hoc fuerint præparata. A quo autem vasa hujusmodi præparantur ex Apostolo patcheri putat, qui non opus formatis Dei, sed officium libera voluntatis expressit. Si quis, inquit, emundaverit se ab istis erit vasis in honorem &c. Nimirum ita arbitrantur Pelagiani emundationem istam vasorum & præparationem in gloriam ab ipsis vasis propria libertate fieri, ut nihil ibi agat divinum vel auxilium, vel iudicium, nisi præcurrenti cuiusque voluntati suam rependendo mercedem.*

*Statum puræ naturæ in Ecclesiam introduxerunt Pelagiani.*

C A P V T X I.

EX illis quæ nos hæcenus præcedentibus libris maxime secundo ac tertio deduximus, perspicue colligi potest quem statum humanæ naturæ Pelagiani, sive in parvulis, sive in maioribus constituerint. Nam sive ipsam substantiæ conditionem spectes, sive facultatum naturalium integritatem ac vires, sive providentiam & concursum Dei, sive alia superaddita bona aut mala, statum illum quem *puræ naturæ* vulgo vocant, eos accuratissime condidisse reperies. Duo quippe sunt quæ isto nomine significantur *natura humana & puritas eius.* Quatenus naturam dicit, ea comprehendit omnia quæ ad perfectionem hominis essentialiam, ac naturales facultates ei debitas pertinent, corpus, animam, sensus externos, atque internos, omnia denique ad naturales operationes hominis necessaria. Puritas vero, ut communiter explicari solet, nihil est aliud nisi negatio sive boni sive mali, quod natura superaddi præter debitum cogitari potest.

Pelagianos itaque nihil eorum subtraxisse homini quæ ad naturam ejus pertinere statuantur, extra controversiam est. Potentias etiam omnes ei dederunt integras una cum illa

naturali arbitrij indifferentiæ quæ posset naturæ legem sibi insculptam vel observare vel transgredi, hoc est vel juxta præscriptum rationis sibi prælucentis moraliter bene vivere, Deumque naturæ suæ autorem venerari acsequi, vel ab ejus norma recedendo in peccatorum culpas & pœnas labi. Concursum illum generalem Dei aliamve providentiam, quæ creaturæ rationali debita sit, ut juxta naturæ suæ conditionem possit operari. Quæ suis locis maxime libro secundo demonstrata sunt.

Tam vero nihil eos nascenti homini adjecisse vel mali vel boni, quod non status ejus naturalis postulet, etiam ex ijs quæ diximus manifestum est. Innocentes enim nasci parvulos, hoc est ab omni culpa pœnaque liberos, dogma certissimum inter Pelagianos fuit. Quiddam enim malorum in hac vita bonis malisque commune cernimus, quod vel animis signorando, & concupiscendo, vel corpus patiendo tolleretur, naturalem hominis institutionem non peccati supplicium esse statuerunt. Nec ullam virtutem aut gratiam habitualem naturæ in ortu suo superadditam agnovêre. Hinc illa totius hæresis Pelagianæ basis: *Omne bonum ac malum quo vel laudabiles vel vituperabiles sumus, orig. c. 13.*

non nobiscum oritur, sed agitur à nobis. Capates enim utriusque rei non pleni nascimur, & sine virtute, ita & sine vitio procreamur. Atque ante actionem propria voluntatis id solum in homine est quod Deus condidit. Quibus verbis nihil aliud nisi naturæ puræ status quantum ad bonum ac malum morale exprimitur: sicut & in illis quibus Iulianus asserit: *Nec iustos nasci parvulos nec iniustos, quod futuri sunt actibus suis, sed tantummodo infantiam innocentie dote locupletem.* Et illis: *Homo igitur innocentia quidem plenus, sed virtutis capax nascitur: aut laudem aut reprehensionem ex proposito accedente meriturus.* Nam mortem cæteraque corporis atque animi mala, nullius peccati merito etiam parvulus perpeti, tanquam quæ naturam hominis naturaliter consequantur nulla inter Pelagianos dubitatio.

Vide lib. 2. supra latissime de sanguine.

Sed puram naturam induxisse Pelagianos ex alio capite manifestissimum est. Communis enim Doctorum Scholasticorum sententia est, statum hominis qualis nunc nascitur non aliter à puræ naturæ differre statu, quam spoliatus à nudo discrepat; nimirum vestibus hic, quas nunquam habuit caret, ille quas habuit sed amisit. Nam si tantummodo peccatum detrahas quo integritas primæ & supernaturalis institutionis amissa est, non alterius conditionis hominem in pura natura nasciturum doceat, quàm nunc re ipsa nasci videmus. Neque enim, culpa excepta, naturam nunc esse deteriorem, sive morbos, ingruentesque corpori calamitates, sive mortem ipsam spectes, sive ignorantiam, sive concupiscentiam, carnisque rebellionem adversus spiritum, quàm fuisset homo, si in puræ naturæ statu in suæ creationis

exordio fuisset institutus, integris quippe manentibus naturalibus solo supernaturali dono fuisse hominē peccando spoliatus, cujus beneficio illi defectus à natura prohibebantur: quæ alioquin erant cōfestim ex ipsis naturæ sensitivæ & rationalis principijs velut sublato obice profluxura. Tam verò Pelagiani solemniter docēt, hominē eodē profluxu modo quo nunc nascitur cum ignorantia, concupiscentia, mortalitate cæterisque defectibus fuisse primitus sine peccato prævio institutum. Hinc enim illi articuli, in quibus tota hæresis ista consistit, ut inquit Augustinus, *Adam mortalem factum, qui sine peccato nec peccaverit moriturus esset. Quoniam peccatum Adæ ipsum solum læserit, & non genus humanum.* Et in primis ille: *Quoniam infantes nuper nati in illo statu sunt, in quo Adam fuit ante prævaricationem.* Si enim & mors & totus ille status quem in infantibus nunc videmus, ante omnem prævaricationem haud secus Adamo quàm nobis, nullo peccato ejus læsis concreatus est, profecto in ipsissimo puræ naturæ statu & nos omnes condimur & ille jam olim conditus fuit. Nimis quippe manifestum est nullum supernaturalis gratiæ donum quo natura quasi ornata elevataque nasceretur, Pelagianos in Adamo vel infantibus agnovisse. Hoc enim (Authoribus illis) non naturæ nascentis institutio, sed per baptismum renascentis renovatio, consecratio, proventus atque adoptio, ut illi loquebantur, tribuebat. *Christus enim, inquit, auget circa imaginem suam continua largitate beneficia, & quos fecerat condendo bonos facit innovando adoptandoque meliores. Ut latius in præcedentibus declararum est.*

Lib. de gestis Pelag. c. 11.

Ibid. c. 11.

Ita Tul. lib. 3. apud Aug. cont. Iul. c. 3. supra c. 5. ad c. 22. usque ad 27.

Præcursores Pelagij & Celestij, Ruffinus Præbyter, Evagrius Monachus, Palladius, Iovinianus, Priscillianus, Manichæi, Euchitæ.

CAPVT XII.

SEd explicatis hæresis Pelagianæ dogmatibus & omnibus eorum anfractibus, quantum Deus adjuvit diligenter perlustratis, exquirendum superest utrum primi Pelagius ac Celestius doctrinam illam commenti sint, an vero ex alijs antecedentium fontibus hauserint. Nam quamvis

a Lib. 4. ad eos Augustinus sapius hæresiarchas & b istius Benif. c. 8. & lib. 2. 19. imperf. f. 17. b Epist. 92. que est Conc. Milevit. adlestius existissent. Et in libro de peccato originali ipsidem dicit: Qui huiusmodi perverstitatis auctores vel perhibentur vel etiam probantur: vel certe si auctores non sunt, sed hoc ab alijs didicerunt, assertores tamen atque Doctores per quos id latius reptaret & cresceret. De peccati originali inficiatione loquitur, totius perverstitatis Pelagianæ fundamentum, cui magna illa possibilitas humanæ

libertatis ad adipiscendam perfectionem innititur. Et merito quidem an primi fontes illius erroris fuerint Augustinus dubitat. Duobus enim omnino capitibus tota doctrina Pelagiana continetur, & negatione peccati originalis, & assertione potestatis humanæ ad operandam iustitiam. Vnde duo errorum cardines: *Peccatum Adæ ipsum solum læsit & non genus humanum.* Et: *Potest homo sine peccato esse si velit.* Illud totius impietatis basis est, istud scopus; atque ita implexa sunt inter se, ut utrumvis dederis, non solum alterum, sed universæ Pelagianæ doctrinæ molem certa quadam concatenatione sequi necesse sit: ut nihil mirum sit ex uno in alterum, atque in tot coherentia sententiarum portenta Pelagium consequenter esse præcipitatum. De qua dogmatum implexione, & paulo ante, & initio libri secundi plura diximus. Quapropter si sursum lubet pergere, sors utriusque dogmatis, adeoque totius hæresis facile

In præfat.

facile deprehendi potest. Nam ad negandum originale peccatum; atque ita induendam illam naturam integritatem Rufinum Aquileensem Presbyterum præceptorem habuit. Constat hoc ex actis Concilij Carthaginensis, cui Celestius de erroribus à Paulino accusatus fidei suæ rationem reddidit. Nam de peccati traductiōne interrogatus; Diversa, inquit, ab eis audivi, qui utique in Ecclesia Catholica constituti sunt Presbyteri. Et Paulino dicenti, ut habent Acta: Dic nobis nomina ipsorum. Celestius dixit: S. Presbyter Rufinus Roma qui mansit cum S. Pammachio. Ego audivi illum dicentem quia tradux peccati non sit. Et mox adjungit: Audivi & plures dicere, Pelagium forte cum suis intelligens. Habes ergo Rufinum ante Pelagium & Celestium negati peccati originalis autorem, & eorum in tradenda illa perveritate magistrum. Sed ab eodem eos quoque alteram hæreseos partem de naturali illa justitiæ perfectionis possibilitate fluxisse, inde manifestum est, quod Hieron. testetur eum libros Evagrii Pontici, quos de impassibilitate scripserat & impeccantia in latinum vertisse. Et librum Sixti Philosophi Pythagorei hominis gentilissimi sub nomine Sixti martyris urbis Romane Episcopi edidisse. Hunc, inquit, librum solita temeritate & insania anulum nominavit, qui per multas provincias legatur, & maxime ab his qui hæreses & impeccantiam predicant. Hoc enim idcirco eum fecisse existimandum est, ut illa hæresis etiam latinis auribus in Occidente pruritus faceret, & venenum aureso martyris poculo biberetur. Qua de causa liber iste quasi Sixti martyris ad stabilendum errorem suum etiam Pelagio sarrus fuit. Ne vero suspicionem illam dumtaxat de Rufino putes, testatur idem Hieronymus: Hæresim impassibilitatis, & impeccantiam in discipulo Origenis Grunnio fuisse ingulatum. Grunnij vero nomine non alius nisi Rufinus apud Hieron. designari solet. Hinc credo fluxit quod Genadius obreclatorem Rufini Hieron. vocet, &

Apud Aug. lib. de pecc. orig. c. 3.

Hier. Epist. ad Ctesiph.

Hier. ibid. & in c. 23. Hieron. lib. 4. comment.

Vide Aug. lib. de nat. & gratie. 64.

Lib. 4. comment. in Hieron. in prefat.

Genad. in Catal.

amulationis stimulo incitatum ad obloquium sylvam vertisse dicat. Nimirum Semi-Pelagiani erroris propugnator Genadius, hæresis illius pravum carpi doler.

Sed nec Rufinus hæresis & divagationis primus autor fuit. Nam ut Hieron. Evagrius Ponticus Hyperborita edidit librum & sententias περὶ ἀκαθείας, quam nos impassibilitatem vel imperturbationem possumus dicere quando nunquam animus ullo perturbationis vitio commovetur. Huic autem impassibilitatis dogmati alterum de impeccantia seu de vivendo sine peccato articulum copulatum est, quæ duo vel sola in initio à Pelagio docebantur, & omnes (ut dictum est) ejus reliquos errores pepererunt. Conjungit Evagrius & Rufinus in Hieremiam scribens etiam Iovinianum: Et in Epistola ad Ctesiphontem adijcit Priscillianum, Manicheum & Gnosticos, qui impeccantiam illam tradiderunt. Sed istorum errores videntur à Pelagio aliquantum discrepasse. Porro Evagrius iste de quo diximus Monachus Aegipti fuit Origenis defensor & ejus doctrinæ sectator non postremus. Quem illum esse puto, qui à Genadio quadam Cœnobitis & Anachoretis scripsisse dicitur, & magnis laudibus ab eo celebratur. Adhæsit ei velut focus & amicus Palladius Galata historix Lausiacæ scriptor discipulus Sancti Chrysostomi, de quo Hieronymus: Palladius servilis nequitia eandem hæresim insaurare conatur: nempe de justitiæ perfectione & impeccantia. His omnibus adjungit totius penè Syria hæreticos quos inquit sermone gentili Abin & Paanin, id est perverfos & Massilianos Græcè Εὐχέρας vocant. Nam omnium illorum ea fuit Hieronymo teste sententia: Possit ad perfectionem & non dicam ad similitudinem, sed aequalitatem Dei humanam virtutem & scientiam pervenire, ita ut assererent ne cogitatu quidem & ignorantia, cum ad consummationis culmen ascenderint posse peccare. Quod stultitiæ Pelagianæ quasi culmen & scopus fuit.

Epist. ad Ctesiph.

Supra.

Prefat. in lib. 4. comment.

Proleg. Dial. in Pelag.

In eodem Proleg.

Hæresis Pelagianæ fons Origenes. Proponitur sententia ejus de libero arbitrio & naturali ejus possibilitate.

CAPVT XIII.

**S**ED inter omnes qui præcesserunt Pelagianam, neminem peritorem totius Pelagianæ hæresis architectum inveniam quam Origenem; qui sicut propter ubertatem ingenij veteribus Scripturarum sacrarum interpretibus & fidei defensoribus multum profuit, ita propter effrenem ratiocinandi libertatem Ecclesiasticæ doctrinæ sinceritati vehementer nocuit. Nam plerisque hæresibus quæ post obitum ejus aliquot sæculis Ecclesiam infestaverunt scriptis suis maxime περὶ ἀρχῶν Origenes originem dedit. Vt merito errorum diversorum lacuna vocari posset. Sed nullum exactius non modo delineavit, sed & formavit & omnibus penè expressit lineamentis atque coloribus quam Pelagianum.

Nec enim facile uno excepto ullum dogma reperies à Pelagio Iulianoque contra Ecclesiam propugnatum, ullamve Scripturæ interpretationem isti hæresi suffragantem, quam non Origenes eis præformavit: usque adeo ut ipsidem nonnunquam verbis ab eis in præjudicium veritatis usurpentur. Quod quia multis videbitur incredibile, & ad intelligenda illius erroris secreta magni momenti est, operæ pretium est paulo fufius demonstrare. Ne vero singulis Pelagianæ & Origenianæ doctrinæ dogmatibus collidēdis nimium immoremur, ad quinque capita omnia revocabimus, liberum arbitrium naturalem ejus possibilitatem, legem naturæ ac Moysis, gratiam & meritum, & prædestinationem, in quibus velut cardinibus hæresis Pelagiana tota vertitur. Gravissimi

Gravissime fuisse reprehensos ab Augusti-  
no Pelagianos propter illam inamissibilem &  
quasi essentiali in omni statu liberi arbitrii  
indifferentiam ad bonum & malum exclu-  
samque alterius partis necessitatem, ex ijs que  
libro secundo diximus intelligi potest. Hæc  
est enim totius Pelagianæ structuræ basis pæ-  
ne præcipua. Sed illam Origenes omnibus  
numeris absolutam tradit. Vique adeo nam-  
que philosophicæ istius libertatis admirator,  
& indifferentiæ ad bonum & malum, patro-  
nus fuit, ut illa subtili brutis, aut lapideis  
hominem accensendum esse decerneret. Quod  
principium ita mordicus ubique tenuit, ut inde  
circulos illos perpetuos cadendi atque surgen-  
di hoc esse reparationis damnatorum, ac dam-  
nationis Beatorum in futuro seculo fabrica-  
verit, ne alioquin illa liberi arbitrii indiffe-  
rentia læderetur. Deliramentum istud abiecit  
quidem Pelagius, sed principium tenere per-  
sistit unde necessario sequebatur. Audi ergo  
Origenem de ista libertate dissentientem: Ex  
quo, ut opinor, hoc consequentia ipsa videtur osten-  
dere unamquamque rationabilem naturam posse ab  
uno in alterum ordinem transire (hoc est ab ordine  
demonum in ordinem Angelorum Beatorum  
& contra) & per singulos in omnes, & ab omni-  
bus in singulos pervenire, dum accessus profectuum  
defectuive var. os pro motibus vel conatibus proprijs  
unusquisque pro liberi arbitrii facilitate perpetitur.  
Itemque supra: Et per hoc consequens est in nobis  
esse atque in nostris motibus ut vel Beati vel Sancti  
(sunt vel per deitiam & negligentiam a beatitudine  
in malitiam & perditionem vergamus: in tantum ut  
vires perfectæ (ut ita dixerim) malitiæ si peccatum  
suum neglexerit usque ad eum statum deveniat ut ea  
que dicitur contraria virtus (id est unus de dæ-  
monibus) efficiatur. Et alibi: Possibile enim  
videtur ut rationabiles nature & quibus nunquã au-  
ferretur liberi facultas arbitrii possint iterum aliquibus  
motibus subiacere, indulgenti hoc ipsum Domino, ne  
forte si immobilis semper teneant statum, ignotens se  
Dei & non sua virtute in illo sine beatitudinis consti-  
tuisse. Quæ phantasia ejus ex natura libertatis  
hausta latius exponitur in ejus Commentarijs  
in Epistolam ad Romanos. Nam refutatio  
quæ subijcitur, non tam est Origenis quam  
translatoris Hieronymi. Ecce quod ingenium  
istud abreptum est, dum illud, filium indif-  
ferentiæ ad bonum & malum tanquam ab ar-  
bitrii libertate incomparabilis, incaute sequitur.  
Nec alia ex causa tam mordicus illam indiffe-  
rentiam libertatis amplexus est, nisi quia cum  
Marcione & Manichæo duas putabat naturas  
introducere bonam ac malam, si qua natura sic  
à Deo firmaretur in bono vel obduraretur in  
malo, ut jam amplius vel recte facere vel pec-  
care non posset. Quæ est ipsissima Iuliani cæ-  
terorumque Pelagianorum varijs locis repeti-  
ta querimonia. Nec alijs profecto Origenes  
atque Pelagiani ad illam indifferentiam astru-  
endam utitur Scripturarum testimonijs: Si  
volueritis & audieritis me &c. Post autem faciem  
tuam &c. Elige quod bonum & similibus.  
Iam verò quibus viribus in utramvis par-

tem indifferens ista libertas polleat nemo Pe-  
lagianos nisi Origenes docuit. Nam in pri-  
mis tantam etiam nunc in hac damnata mor-  
tali vita indifferentiam statuit, ut quem-  
admodum Iulianus dicere solitus erat; *Suffi-  
cere hominem ingenitis sibi motibus dare leges, nec  
ulla vi esse posse captivum; Ita & hic quibus-  
cunque animi perturbationibus sese commo-  
ventibus solo nutu voluntatis hominem do-  
minari velit aut cadere. Hoc est ergo, inquit,  
quod in hoc loco Apostolus docet: quia unusquisque in  
manu sua habet, & in arbitrii potestate ut aut pec-  
cari servus sit aut iustus.* Cujusmodi sæpius in  
eodem libro repetit. Et alibi rursum expli-  
catus: Cuius rationis, inquit, *indicio incidentibus  
extrinsecus contrarietatis abutimur ad id quodcumque  
ipsa ratio probaverit, naturalibus motibus eius  
(nempe desideriorum illecebris ac libidinibus)  
vel ad bona vel ad mala gubernatis.* Et paulò post:  
Consequentia ergo rationis ostendit, quod ea qui-  
dem que extrinsecus incidunt, in nostra potestate non  
sunt: bene verò vel male his uti que incidunt ea ra-  
tione que intra nos est discernente ac dydicante quo-  
modo his uti oporteat, nostra est potestas.

Et hæc quidem recte atque Catholicè ad-  
versus Manichæos, Marcionem & similes pe-  
stes fideibus atque fatis vel diversis naturis  
opera humanæ voluntatis asseribentes, dice-  
rentur, si divinæ gratiæ auxilium ut decet,  
libertatis operibus interponeret. Sed ita vires  
humanas prædicat ut quod Pelagianis sæpius  
Augustinus exprobrat, solo gratiæ vocabulo  
frangat invidiam; naturalem verò arbitrii  
possibilitatem legem nature ac Moysis velut gra-  
tiam afferre videatur. Nam de illo loco di-  
sputans: *Gratia Domini nostri Iesu Christi  
vobiscum, gratiam naturæ velut Christi gra-  
tiam obtrudit. Sciendum sane est, inquit, quod  
omne quod habent homines à Deo gratia est. Nihil  
enim ex debito habent. Quis enim prior dedit illi &  
retribuetur ei? Gratia est ergo quicquid habet is,  
qui non fuit, & est accipiens ab eo qui semper fuit.*  
Et rursum alibi: *Vix mihi suadeo quod possit ul-  
lum opus esse, quod ex debito remunerationem Dei  
deponat, cum etiam hoc ipsum quod agere ali-  
quid possumus vel cogitare vel proloqui ipsius dono &  
largitione faciamus, quod ergo erit debitum illius,  
cuius gratia nos præcessit? Quæ fere sunt ipsis-  
sima verba Pelagij ab Augustino refutata.*  
Sed longe evidentius & ex professo alibi solam  
possibilitatis gratiam ab Augustino reproba-  
tam profus Pelagius prædicat: *A Deo datur,*  
inquit Origenes, *non ut suslineamus; alioquin  
nullum iam videretur esse certamen: Sed ut susline-  
re possumus. Ea autem virtute qua nobis data est ut vin-  
cere possumus, secundum liberi arbitrii facultatem aut  
industrialiter utimur & vincimus, aut segnitè & supera-  
mur. Si enim totum nobis hoc datur ut omni genere  
supremus & nullo modo vincamur, quæ iam superest  
causa certandi ei qui vinci non potest? Aut quod pal-  
ma meritum ubi repugnandi admittitur vincendique  
facultas? Si vero æque quidem omnibus nobis vin-  
cendi possibilitas præbeatur, in nostra autem potestate  
sui potestate, quomodo hac possibilitate uti debeamus,  
id est, vel industrialiter vel segnitè, iusta erit vel victis  
culpa*

Lib. 1. Peri-  
Arch. c. 6.  
Lib. 1. c. 5.  
Lib. 2. c. 3.  
In fine lib. 5  
in Epist. ad  
Rom.  
Vide lib. 1.  
Peri. Arch.  
& lib. 2. c. 1.  
Iste 1.  
Dicitur 30

Lib. 5. cont.  
Iul. c. ult.  
Lib. 1. opp.  
imperf. 120  
& seq.  
Orig. lib. 6.  
Comment. in  
Epist. ad Rom.  
Lib. 3. Peri-  
Arch. c. 1.  
In fine lib.  
10. in Ep.  
ad Rom.  
Lib. 4. Com-  
ment. in Ep.  
ad Rom. ad  
illud. Et qui  
operatur  
merces &c.  
Lib. de grat.  
Christi c. 4.  
Lib. 3. Peri-  
Arch. c. 2.



culpa, vel palma victoris. Quæ voces magis Pelagiana & gratiæ Christi capitalius inimica dici queant? Est enim ipsissima Pelagianorum in primisque Massiliensium inculcata querimonia. De cuius sensu apud Origenem ne quis dubitet, accipe alia nullâ tergiversatione pallianda. Nam cum sibi objectionem Catholicorum quasi hæreticorum contra liberum arbitrium objecisset, quod à Deo sit velle & perficere, sic respondet: Generaliter, ait (Apostolus), quia velle & perficere à Deo est. Sicut enim à Deo habent in hoc ipsum quod homines sumus, quod spiramus, quod movemur, ita & quod volumus à Deo habemus &c. Nempe ratione datâ divinitus voluntatis. Sic enim subiicit: Ita ergo est, quod dicit Apostolus, quia virtutem quidem voluntatis

A accepimus, nos autem abutimur voluntate vel in bonis vel in malis desiderijs. Et in fine capituli juxta istam distinctionem auxilium Dei libertatemque concilians: Neque, inquit, quæ in nostro arbitrio sunt, putemus sine adiutorio Dei effici posse, neque ea quæ in manu Dei sunt putemus absque nostris actibus & studijs & proposito consummari: scilicet, quo neque nos velle aliquid vel efficere ex nostro iam habeamus arbitrio, ut non scire debeamus hoc ipsum quod possumus velle vel efficere, à Deo nobis datum esse, secundum eam distinctionem quam supra diximus. Non posset ipse Pelagius accuratius suam naturalis possibilitatis gratiam inculcare quam hic Origenes facit: à quo doctrinam istam ac pene verba à Pelagianis esse mutuata, perpicuum est.

Lib. 3. Peri. Arch. c. 1.

Lib. 2. in Epist. ad Rom. ad illa: Gloria & honor & pax &c.

20. Inferias

Supra lib. 2. c. 5. in fine

Lib. 3. in Epist. ad Rom. f. 322

Lib. 4. cons. Jul. c. 3.

Sententia Origenis de lege naturæ & Moysis Pelagiana.

CAPVT XIV.

**Q**UOD si verò nos ad sententiam ejus de lege naturæ ac Moysis intelligendam vertimus, sparsim reperiemus Pelagianis laudibus celebrari. Nam legis naturæ sufficientiam ad recte vivendum passim inculcat & prædicat. Potest fieri, ait Origenes, ut vel ex his qui in lege sunt, si quis persuasione quidem communitus Christo non credit, operetur tamen quod bonum est, iustitiam teneat, misericordiam diligat, castitatem & continentiam servet, modestiam lenitatemque custodiat, atque omne bonum operetur. Hic etiam si vitam non habet æternam (hoc est regnum cælorum) quia credens si li vero Deo, non creditur & filio eius IESU Christo, quem misit; tamen gloria operum eius & pax & honor poterit non perire. Et infra cum omnia præcepta bonorum morum & cognitionem unius Dei Creatoris omnium per legem naturæ cordibus gentium inscripta docuisset: Hoc est ergo, subiicit, opus legis quod etiam gentes Apostolus dicit in pl. re naturaliter posse. Cum enim agunt que legi sunt, scripta videtur lex in cordibus eorum, à Deo, non atramento sed Spirita Dei vivi. Ecce gratiam Spiritus Dei vivi per naturalis legis inscriptionem in cordibus etiam non credentium. De quo delirio alibi plura diximus. Disertius explicat illam naturæ possibilitatem ad omne bonum alio in loco: Invenitur quidem Deus dedisse homini omnes affectus, omnesque vias quibus ad virtutem nisi possit & progredi: insuper etiam vim rationis inseruisse, quo agnosceret quid deberet agere, quid cavere. Hac ergo invenitur Deus communitur omnibus hominibus præstitisse. Sed si his acceptis homo neglexerit iter virtutis incedere, cui ex Deo nihil desit, invenitur ipse desuisse his quæ à Deo data sunt sibi. Quæ sanè omnia, aliaque plura quæ facile afferri poterant, ad amullim consonant doctrinæ Iuliani, quam Augustinus velut Evangelicæ repugnantem & evacuantem scandalum crucis, expugnat. Sed videamus nunc utrum saniora de lege

A Moysis in tabulis conscripta sentiat. Initium, Lib. 4. in inquit quodam in loco, iustificari à Deo fides est Epist. ad que creditur in iustificationem (data remissione peccatorum). Et hac fides cum iustificata fuerit, tanquam radix inbre suscepto, heret in anima solo, ut cum per legem Dei excelsi caperit, surgant in ea rami, qui fructus operum ferant. Ecce dogma Pelagij de operanda per legem iustitia, dummodo remissio peccatorum per fidem data præcesserit. Item: Mors, scilicet peccati, regnabat usque Lib. 5. in ad Moysen usque quem diximus ducem, qui missus à Epist. ad Deo omnium rege, regnum eius caput infringere & sub legem in istis Principis revocare. Et infra: Per legem enim purificatio peccatorum caput aperiri, & ex parte aliqua tyrannidi eius obfisti per hostias, per expiationes varias, per sacramenta, per præcepta. Sed quoniam tanta eius erat dominatio qua vires leu excederet, mittuntur in auxilium eius Propheta &c. Et tandem: Affuit IESUS Christus Filius Dei &c. Et ad illud: Lex subintravit ut abundaret delictum, dicit eos, qui hac de Moysis lege dicta suscipiant, ne leviter quidem Apostolicum sensum potuisse contingere. Nonne hæc ipsissima sunt quæ Pelagius, Iulianusque pro lege adversus gratiam dimicando profundere? Quod peccatum a Jul. lib. 2. censura legis infregerit & ex multa parte r. strinxerit. oper impref. fol. 279. b Quod regnum peccati. ita lege ceciderit, c Quod b Jul. lib. 2. cum lex naturæ & Moysis & Prophetæ non oper. impref. sufficerent, tandem Christus advenerit: lege Moy. fol. 407. sis non abundasse, sed à cecidisse peccata. Quæ c Pelag. lib. de pecc. orig. si vera sint, mentiri Apostolum, & Christum d. 26. gratis mortuum esse vociferatur e Augu. d Lib. 2. oper impref. fol. 407. c locu cit.

Et sanè quo spectat illud, quod cum Origenes divinæ gratiæ auxilium inculcare solet vix aliud ei nisi provocationes libertatis ac suspensiones tribuit, nisi ut vel sciendi commendat gratiam vel certe non nisi legis officium docentis, suadentis, provocantis, ab ea præstari velit? Nihil aliud, inquit, putandum est accidere nobis ex ipsis quæ cordi nostro suggeruntur, bonis vel malis.

Lib. 4. in Epist. ad Rom. post initium

Lib. 5. in Epist. ad Rom. ad illa: Regnavit mors &c.

Loc.

Ibid.

Lib. ad illa: ben. nat.

Lib. ad illa: ergo mu.

malis, nisi commotionem solam & incitamentum  
 provocans nos ad bona vel mala. Possibile autem nobis  
 est, cum maligna virtus nos coeperit ad malum inci-  
 tate, abigere a nobis pravas suggestiones & resistere  
 suasionibus pessimis, & nihil prorsus culpabile gerere.  
 Et rursum possibile nobis est, ut cum divina virtus  
 ( id est Angelus ) ad meliora provocaverit, non  
 sequamur, liberi arbitrii potestate in utraque nobis  
 servata. En par utrumque ad bonum ac ma-

lum suasio & provocatio, & equa ad utraque  
 libertatis indifferencia. Hinc & alibi: Per  
 gratiam misericordie suae omnibus providet, utque  
 omnes quibuscumque curari possunt, remedijs horta-  
 tur, quae provocat ad salutem. Quae suasionis, hor-  
 tationis, ac provocationis vocabula ipsa illa sunt,  
 quae Pelagiani ad gratiam suam explicandam  
 ex similibus locis Origenis transtulerunt.

De gratia & merito ejus ipsissimus error Pelagij &  
 Massiliensium ab Origene traditus. De  
 justitiae perfectione & aeternas.

C A P V T X V.

**S**ed nullus error interimendae gratiae  
 capitalior est, quam quod meritis hu-  
 manis praecedentibus detur: in quem  
 Pelagianos a gratia depulso legis atque  
 naturae, tandem declinasse demonstravimus.  
 Hunc velut proprium sibi vindicavit Origenes  
 tantaque nervorum contentione passim docuit,  
 ut & Pelagianos & Massilienses ipsos, quibus  
 ille lapis offensionis fuit, superasse videatur,  
 nihil enim perniciosum eorum scripta praefere-  
 runt, quod non Origenes luculentius praefor-  
 maverit, audaciusque protulerit. Nam in primi-  
 s illius initium fidei quod Massilienses viri-  
 bus humanis tribuunt, & ejus perfectionem  
 Deo, ex Origenis fonte haustum est. Ut enim  
 illa duo conciliet quod gratia gratis detur &  
 tamen offerenda sit fides prius ab homine, & ita a  
 Deo gratia promerenda: Sic se expedit: Invenis  
 loc designari: & in Evangelijs, ubi Apostoli intelli-  
 gentes quod ea quae ex homine est fides, esse non potest  
 perfecta, nisi addita fuerit etiam ea quae ex Deo est,  
 dicunt ad Salvatorem: auge nobis fidem. Et  
 mox: Fides ipsa qua credere videmur Deo, dono  
 in nobis gratia confirmatur. Cujus doctrinae  
 memor iterat & inculcat eam libro nono ut  
 nihil superesset nobis ambigui, quam per-  
 peram de divina gratia sentiret. Sic enim lo-  
 quitur: Quod autem dixit (Apostolus) secundum  
 rationem vel mensuram fidei, puto iam plene in supe-  
 rioribus exposuimus, quae sit fides quae a nobis requiri-  
 tur & quae sit quae a Deo per gratiam datur, secun-  
 dum haec quod idem Apostolus dicit: Alij fides in eo-  
 dem spiritu: & item ubi ad Dominum dicunt: Auge  
 nobis fidem. Quod sibi quidem quae speret & credat,  
 & absque ulla dubitatione considerat, in nobis est, ratio  
 vero fidei ipsius & scientia & perfectus eorum intel-  
 lectus, quae credimus donatur a Deo. Unde clarissi-  
 mis verbis ibidem dicit: Ut ergo in nobis tanta fides  
 inveniamur, quantum postulat sublimior gratia pro-  
 mereri, nostri operis videtur & studij. Alibi vero labo-  
 rem & sollicitudinem homini tribuit, Deo  
 vero successum operis & laboris effectum:  
 Cum ergo per haec doceatur, inquit, quod homo qui-  
 dem laborem impendat & sollicitudinem, Deus  
 autem successum operi tribuat & effectum. Quod  
 latius ibidem astringit. Sed panis velis in li-  
 bris Peri-Archon humani operis merita ad-

**A**versus gratiam ventilat, omniaque Dei dona  
 ex libero suspendit arbitrio. Cum spiritu oris  
 inquit, quae digna sunt sanctificatione sancti-  
 ficet. Item: Est & alia quoque (praeter natu-  
 ram rationalem) etiam spiritus sancti gratia  
 quae dignis praestatur, ministrata quidem per Chri-  
 stum, impetrata autem a Patre secundum meritum  
 eorum qui capaces efficiuntur. Et in libro tertio  
 exponens quomodo Deus auferat ab homi-  
 nibus cor lapideum, hoc fieri dicit, si ante  
 ut discipuli se offerant & doctrinae suae pra-  
 cepta suscipiant: sicut, inquit, in Evangelijs in-  
 venimus aegrotantes accedere ad Salvatorem, rogan-  
 tes ut percipiant sanitatem, & ita donum curari.  
 Et est quidem, (verbi gratia) ut curentur caci & vi-  
 deant, in eo quidem quod peccati sunt Salvatorem,  
 & crediderunt ei posse ab eo curari, opus ipsorum qui  
 curati sunt; in eo vero quod eis redditur visus, opus  
 est Salvatoris. Ita etiam in hoc divinus sermo pro-  
 mittit se daturum eruditionem auferendo cor lapideum  
 &c. Quam doctrinam instantissime toto pri-  
 mo capite inculcat, ac tandem omnia quali in-  
 summam colligens: Ita & Apostolum, inquit,  
 dixisse intelligendum est eum ait: non sufficit ad per-  
 sciendam salutem sola voluntas humana, nec idoneus  
 est mortalis curus ad consequenda caelestia &c. nisi  
 haec ipsa voluntas nostra bona, promptumque propo-  
 situm, & quaecumque illa in nobis esse potest industria  
 divini vel iuvetur vel auxiliatur. Et ideo valde  
 convenienter dicit Apostolus, quia non volentis, neque  
 curentis, sed misericordis est Dei. Et continuo, la-  
 borem a nobis studiumque & industriam adhibendam  
 tradit, sed laboris fructum ipsam salutem expectan-  
 dam a Deo. Quae quid sibi volunt aliud, quam  
 quod Pelagiani & Massilienses iisdem verbis  
 asserunt gratiam ad assequendam perfectionem  
 esse necessariam? Sed quid opus est pluribus?  
 Totus Origenes in libris Peri-Archon scopus  
 est, ut ostendat sicut loquitur, Providentiam  
 Dei iuste omnia moderantem, & aequissimis dis-  
 pensationibus pro singulorum meritis & causis regere  
 immortales animas. Usque adeo quidem, ut  
 nec praeterita vita rationalium creaturarum  
 ijs meritis vacet, sed, inquit, futuri status cau-  
 sam praestet semper anterior meritorum status.  
 Hinc igitur, nec Hieremiam in utero sine  
 meritis praecedentibus sanctificatum putat.

Lib. 4. in Epist. ad Rom. ad illud: Ideo ex fide. Luca 17. Lib. 9. in Epist. ad Rom. ad illud: Habentes doctrinam. Lib. 7. in Epist. ad Rom. ad illud: Ergo dicitur.

Lib. 1. Peri Arch. c. 9. Lib. 3. Peri Arch. c. 1. Rom. 11. Lib. 3. c. 2.

LIB. 1. PERI ARCHON. C. 9.

ROM. 11.

*Lib. 1. Peri- Arch. c. 7.* Ne forte, inquit, non iudicio nec pro meritis replere  
plures Deus videatur spiritu sancto & sanctificare  
merito. Et quid obsecro ex ista gratuita signifi-  
cacione sequeretur mali? Audi Pelagianam

*Ibid.*

ejus si unquam audisti vocem: Et quomodo,  
adijcit, effugiemus illam vocem quæ ait: Nunquid  
iniustitia est apud Deum? Absit. Vel illud: Nun-  
quid personarum acceptio est apud Deum? Hinc ut  
istam Dei iniustitiam, si superis placet, & per-  
sonarum acceptioem effugeret, animas ante  
corpora sublitisse docuit, & superioris cu-  
jusdam vitæ merita machinatus est, ex qui-  
bus inæqualis illa quam in hac vita cernimus  
divinorum donorum suspenderetur dispensa-  
tio. Injustitia quippe & acceptio personarum  
consequitur, inquit, eam defensionem qua animas  
subsistere simul cum corporibus asseveratur. Ex quo  
fit ut nullo modo vas in honorem vel contumeliam  
ex eadem massa etiam in parvulis nisi

*Ibid.*

ex meritis à Deo fingi arbitretur. Itaque con-  
cludent ex hoc, inquit, post longam disputa-  
tionem, quia prius gestorum uniuscuiusque causa  
præcedit, & pro meritis suis uniusquisque à Deo vel  
honoris vas efficitur, vel contumelie: Unumquodque  
igitur vas ut vel ad honorem à creatore formetur,  
vel ad contumeliam, ex seipso causas & occasionem  
præstitit condituri. Quam doctrinam Apostolicæ  
adversam totidem pæne verbis repetit & in-  
culcat Iulianus. Sed quia non est discipulus  
supra magistrum pergit splendidius delirare  
Origenes: Quod si iusta hæc videtur assertio, sicut  
est certe iusta, & cum omni pietate concordans, uti  
ex præcedentibus causis unumquodque vas vel ad ho-  
norem à Deo vel ad contumeliam præparetur: Non  
videtur absurdum eodem ordine atque eadem conse-  
quentia discutientes nos antiquiores causas eadem  
etiam de annuarum ratione sentire & hoc esse in cau-  
sa quod Iacob dilectus est, etiam deum adhuc in ventre

*Idem alibi  
sepiissime re-  
petit ut lib. 7  
& 9. in Ep.  
ad Rom.*

*Lib. 1. oper.  
imperf. vers.  
finem.*

*Lib. 3. Peri-  
Arch. c. 1.  
vers. finem.*

matris haberetur. Et universalem proferens de  
gratia & meritis definitivamque sententiam,  
cui disputationum ipsius universa incumbit  
moles: Nunquam, inquit, concedendum est, ut  
sive in presenti sive in præteritis, sive etiam in futuri  
seculis non ita unumquemque dispense divina provi-  
dencia, ut uniuscuiusque meritum arbitrij liberate  
collectam materiam præbeat dispensanti. Iustus est  
enim Deus, & iniustitia non est apud Deum: quo re,  
nihil sanè magis Pelagianum divinæque gra-  
tiæ capitalius pronunciatum excogitari po-  
test.

Quid quod ipsam etiam corporum assum-  
ptionem sive in hominibus sive in Sole, Luna,  
ac Stellis, ex meritorum velit diversitate  
contigisse? Quid denique, quod totius impie-  
tatis Pelagianæ caput & cardinem luculen-  
tius expressit ac docuit, quam ipsi Pelagianij  
erubescerent, præ superbia proferre ausi sint?  
Nam Christi animam non ex gratia Dei, sed  
ex dilectionis merito & meriti affectus sinceritate Deo  
unitam statuit. Alioquin enim illa tam sub-  
limis æstimatione vel fortuito vel cum persona acceptio-  
ne fieret, nisi virtutum merito deferretur.  
Quid ad istam insaniam addi potest? Ex qua  
sane sequitur. nec obscure indicat, alias etiam  
quaslibet rationales animas ad eandem digni-  
tatem potuisse pertingere si ardentiore dile-  
ctionis affectu unigenito Dei Filio pro liberi  
arbitrij facultate coherisset. Iam verò quid  
mirum est si non minus Origenes quam disci-  
puli Pelagianij ex istis principijs ad impeccan-  
tiam & atriabilis fabricandam profilierint?  
Nam & illa, ut Hieronymus, Origeni propria  
est, & ex ejus fonte à Pelagianis haurita: ut  
supra latius perspicui testimonijs declara-  
vimus.

Quid quod ipsam etiam corporum assum-  
ptionem sive in hominibus sive in Sole, Luna,  
ac Stellis, ex meritorum velit diversitate  
contigisse? Quid denique, quod totius impie-  
tatis Pelagianæ caput & cardinem luculen-  
tius expressit ac docuit, quam ipsi Pelagianij  
erubescerent, præ superbia proferre ausi sint?  
Nam Christi animam non ex gratia Dei, sed  
ex dilectionis merito & meriti affectus sinceritate Deo  
unitam statuit. Alioquin enim illa tam sub-  
limis æstimatione vel fortuito vel cum persona acceptio-  
ne fieret, nisi virtutum merito deferretur.  
Quid ad istam insaniam addi potest? Ex qua  
sane sequitur. nec obscure indicat, alias etiam  
quaslibet rationales animas ad eandem digni-  
tatem potuisse pertingere si ardentiore dile-  
ctionis affectu unigenito Dei Filio pro liberi  
arbitrij facultate coherisset. Iam verò quid  
mirum est si non minus Origenes quam disci-  
puli Pelagianij ex istis principijs ad impeccan-  
tiam & atriabilis fabricandam profilierint?  
Nam & illa, ut Hieronymus, Origeni propria  
est, & ex ejus fonte à Pelagianis haurita: ut  
supra latius perspicui testimonijs declara-  
vimus.

Electioem, prædestinationem & vocationem secun-  
dum propositum profus evertit, sicut  
Pelagius & Massilienses.

## C A P V T X V I

**D**E gratuita electione atque prædesti-  
natione quid opus est fatagere, quam  
everla per meritum gratiæ sincerita-  
te, necesse est funditus subruere? Hinc  
illas ubique ex alicujus meriti prævisione su-  
spendit. Nos dicimus, inquit, quod neque Paulus  
illius sui causas in semetipso dedit ei, qui scit om-  
nia antequam fiant. Et rursum paulò post: Ergo  
& Paulus quod segregatus in Evangelium dicitur &  
segregatus a ventre matris sue, causas in eo & merita  
quibus in hoc segregari debuerit, vidit ille quem non  
latet mens. Prævidit enim quod abundantius quam  
ceteri omnes laboraturus esset in Evangelio. Et lon-  
ge luculentius de natura vocationis secundum  
propositum disputans: Videtur mihi, ait, esse  
quædam vocationis differentia quia omnes quidem vo-  
cati sunt, non tamen omnes secundum propositum

bonum & bonam voluntatem quam circa Dei cultum  
gerunt, vocantur. Ipsi sunt qui secundum propositum  
vocati dicuntur, & isti sunt qui vocati, iustificati  
sunt. Bono enim eorum proposito deerat sola vocatio  
&c. Quos ergo vocavit, id est, quos secundum pro-  
positum vocavit boni, illos & iustificavit. En tibi  
vocationem secundum propositum hominis  
non Dei, quam in Pelagianis Augustinus ex-  
pugnat. Nam illam ab Origene didicerunt.  
Ne verò nihil propositum ipsius Dei tribuisse  
videretur, accipe aliam sed æque Pelagianam  
de illa secundum propositum vocatione sententiam:  
Quod si, inquit, secundum propositum,  
ad Deum referatur, hoc est, ut secundum Dei propo-  
situm qui sciens in eis religiosam mentem & salutis  
messe desiderium, vocati dicantur, non videbitur his  
qua exposuimus etiam hoc esse contrarium. Et ut  
eandem salutis atque damnationis causam esse  
mon-

*Lib. 1. Com-  
ment. in Ep.  
Pauli in ini-  
tia.*

*Lib. 7. Com-  
ment. in  
Epist. ad  
Rom.*

*Lib. 2. ad  
Bonif. c. 10.*

*Lib. 7. in  
Epist. ad  
Rom.*

monstraret: Hoc ergo pacto (subijcit) neque in praesentia Dei vel salutis vel perditionis nostrae causa consistit, neque iustificatio ex sola vocatione pendebit, neque glorificari de nostra penitus potestate sublatum est. Nempe quia religioſa mentis desiderijs, salutis causas ex nobis ipsis offerimus. Nam illo suo solemnī dogmate de offerendis Deo meritis ita inebriatus est, ut apertissimum Scripturae locum, posuit in corpore unumquodque membrum, prout voluit; quo divinae voluntatis efficacia ad id quod voluit quemque eligentis exprimitur, vel ad merita, vel ad humanam voluntatem depravando detorqueat. Prout voluit, inquit, voluit autem Deus secundum fidei mensuram, quae est in nobis: vel, voluit ad id quod expedit. Nisi forte & ita aliquis hoc velit intelligere; Deus posuit in corpore unumquodque membrum prout voluit, ut, (voluit) ad membrum magis referatur;

Lib. 9. in  
Epist. ad  
Rom. ad  
illud: Sicut  
enim in  
vno corp.

A hoc est, prout voluit, prout elegit, prout operam dedit. Ne videatur de homine arbitrij potestas auferri. Quibus ultimis verbis radicem tetigit, unde tanta seges perverſorum dogmatum pullulavit: omnium enim deliriorum Origenis, quibus & veram gratiam, & electionem & praedestinationem sustulit, & merita finxit liberi arbitrij, in qua refunderetur omnis diversitas quam in rationalibus creaturis, ipsisque corporibus earum cernimus, non alia prorsus causa est, ut ex sexcentis locis perspicuum est, nisi quod alias fortunam vel fatum, vel duas naturas, vel acceptionem personarum & iniustitiam Dei in hujus mundi administratione vereretur. Nec aliunde sane quam ex Origene easdem Pelagiani & Massilienses proferunt quereimoniae, & spectra velut formidanda proponunt.

Vide libros  
Peri-Arch.  
passim & in  
primis lib. 2.  
c. 9. & lib.  
3. c. 1. & c.

Omnes pœnè corruptelas Scripturarum de peccato originali & gratia, quibus Pelagiani abutuntur, totumque errorem Pelagianum praeformavit Origenes.

### CAPVT XVII.

ET quamvis Origenes de peccato originali non videatur à Catholica doctrina dissidere, omnibus tamen Scripturarum depravationibus quibus Pelagiani caliginem offudere veritati, latissimam portam ipse primus aperuit. Nam si Commentarios ejus in caput quintum ad Romanos conſulas, quod evidentissime originis peccatum asserit, nec aliter intelligendum esse, nisi quemadmodum Ecclesia Catholica ubique diffusa semper intellexit, hoc est de peccato originali Synodus Tridentina docet, omnia ad peccatum actuale & ad imitationem non propagationem peccati Pelagiano more detorqueantur. Nam & mundum in quem peccatum intravit terrenos seu carnales homines intelligit, & mortem non corporis sed animae: eamque non pertransisse in omnes sed multos qui scilicet actu peccaverunt. Nec in omnes regnasse mortem, sed in eos dumtaxat qui peccaverunt in similitudinem praevagationis Adæ. Hinc non omnes homines, sed multos unius delicto peccatores constitutos: & Christum plures ad vitam reduxisse quam Adam ad mortem. Adam esse formam futuri, quia inobedientiae formam sequentes, hoc est, exemplum imitantes: constituti sunt peccatores. Quas Scripturae non tam interpretationes quam depravationes hausit ex Origene Pelagius, & ad amissam expressit defenditque mordicus adversus Angustinum Iulianum. Neque verò ista tantum, sed etiam cæterarum pœne omnium Scripturarum expositiones, quibus alia sua dogmata inimici gratiae suffentarunt, ex Origenis operibus ad ruentem haeresim fulciendam derivatae sunt. Quod quidem ex supra dictis in multis patuit, & nisi nimiam vereretur prolixitatem, de singulis facile

A ostendi posset. Sed truncum sufficit praecipuosque ramos Pelagianae haeresis ex ejus monumentis expressisse. Nam si sigillatim omnia liberet prosequi singulasque fibras erroris diducere, alio pœne opus esset volumine. In solis ejus Commentarijs in Epistolam ad Romanos & libris *περι ἀρχῶν* errores de divina gratia, praedestinatione & libero arbitrio cæterisque eodem spectantibus ita dense sparsi sunt, ut confusa quaedam sylvia videantur, ex qua postea Pelagius, Iulianus, & Massilienses ad extruenda dogmatum perverſorum munimenta trabes exciderint. Quamquam & ipsissima eorum dogmata ita pleraque dedolata politaque protrahuntur, ut nihil eis opus fuerit nisi in ordinem digesta proponere. Ingenium quippe Origenis ut fecundissimum fuit, ita liberum & quaquaversum in speculationibus novis ebulliens: quas cum non veluti dogmata fixasque sententias, sed per modum dubitationum, variorum sensuum ad ostendam Scripturarum ubertatem effunderet, inter multas bonas fruges, infinitam quoque zyzaniorum segetem protulit. Ex quo effectum est, ut quemadmodum plerisque Patribus in veritate fixis, propter eruditionem admirationi, & ad exponendas sacras litteras magno adjumento fuit, ita imbecillis ingenijs ac vacillantibus & novitatis avidis, innumeros errores affricuerit, inter quos non infimas partes Pelagiani & Massilienses ferunt. Nam cum plerique ipsorum religioſa vitae perfectionem velut Monachi sectarentur inter Origenistas Monachos in Aegypto & Palestina versati sunt, & eorum errores ex Evagrio, Palladio, Galata, & hujusmodi familiarius haultis duces, ipsi cæteris ad praecipitium facti sunt. Ex quibus omnibus vides quam recte Sanctus

Sess. 5. ca.  
non. 4.

Tota fere  
lib. 2. oper.  
imperf.



a. In fine lib. 3. dial. advers. Pelag. b. Lib. 2. dial. Sanctus Hieronymus, Origenem Pelagianorum a Amasium & b ἀρχαίον, hoc est, libro-

A rum πρῶτον scriptorem, eorum magistrum; c. Epist. ad c. doctrinā Pelagij rursusculum Origenis vocet. Ctesiph.

Prima origo totius hæresis Pelagianæ & omnium gratiæ interpolatorum Philosophia.

C A P V T X V I I I

Q V A M Q V A M si Pelagianum errorem proprijs momentis ponderare libet, & ad primum unde manat fontem reducere, non aliunde quam ex Philosophorū gentilium placitis confutum deprehendes. Neque enim aliud quicquam est totius hæresis illius apparatus, nisi pura & pura Pythagorica, Stoica & Aristotelea Philosophia: ut quod olim universum de hæreticis dixit Tertullianus, de nullis verius quam de Pelagianis cum Hieronymo dici possit hereticorum Patriarcha Philosophi. Quod de singulis Pelagiani erroris cardinibus demonstrare non est difficile.

Tertull. lib. advers. Hermog. c. 8. Epist. ad Ctesiph.

Primum dogma cujus prædicatione Pelagius turbare cepit Ecclesiam tuendique necessitate in cæteros errores videtur esse præcipitatus, fuit illud, ut alibi diximus, de assequenda perfectione iustitiæ usque ad impecantiam & apathiam, hoc enim velut præcipuum in primis suis lucubrationibus Hieronymus & Augustinus exagitant. Sed quid illud, nisi notissimum illud superbissimumque Pythagoricæ & Stoicæ Philosophiæ delirium à Pythagora & Zenone maxime propugnatum? Adversus quos & Peripatetici, qui de Aristotelis fonte descendunt fortissime disputant, & Academici novi, quorum sententias Tullius explicat in quæstionibus Tusculanis, umbras eorum & vota subvertunt. Illi enim perturbationes animi asserunt mentibus evelli posse, & nullam fibrām radicemque vitiiorum in homine residuam esse assidua exercitatione virtutum: hi contra frangi eas posse & regi, & quasi insrenes equos lupatis quibusdam coerceri. Vnde Hieronymus de isto Pelagij dogmate loquens dicit: Quæ (venena) de Philosophorum & maxime Pythagoræ & Zenonis Principis Stoicorum fonte manantur. Hinc ergo & illas blasphemias mutuatus est, quod homo posset fieri similis adeoque æqualis Deo, de quibus vide quæ fœlius alibi dicta sunt.

Epist. ad Ctesiph. & 3. lib. dial. Aug. lib. 2. de pecc. merit. de nat. & gra. de per. sec. inji. &c.

Epist. ad Ctesiph. inir.

Lib. 4. c. 22.

Porro quod solâ illâ liberi arbitrii possibilitate & indifferentia ad omnem virtutem assequendam niti volunt, à quibus impietatem istam nisi magistris Philosophis didicerunt? Eorum quippe unanimis est sententia, cætera à Dijs, virtutem à se iplo peti oportere. Expressit eorum vocem ab omnibus sine dubitatione subscribendam Tullius: Virtutem, inquit, nemo unquam Deo acceptam tulit, nimirum recte. Propter virtutem enim iure laudamur, & in virtute recte gloriamur, quod non contingeret, si donum à Deo, non à nobis haberemus. Et in eadem disputatione alio rursus in loco expressius;

Lib. de nat. Deor. in fine

A Num quis, quod bonus vir esset gratias Dijs egit unquam? At quod dives, quod honoratus, quod incolumis Iovem optimum maximum ob eas res appellavit, non quod nos iustos, temperantes, sapientes efficiat, sed quod salvos, incolumes opulentos, copiosos. Luculentissime moralium Philosophorum Princeps Seneca: Vnum bonum est, quod beate vita causa & firmamentum est, sibi fidere. Qua voce totum Pelagianæ impietatis venenum comprehenditur. Super hac enim Philosophica basi universa moles adversus Christi gratiam structa est. Quod animadvertens Augustinus Pelagianis observandum esse monet: Ne offendant in lapidem offensionis, velut argute defendendo naturam & liberum arbitrium, quemadmodum Philosophi huius mundi qui vehementer egerunt ut putarentur vel putarent sibi beatam vitam virtute propria voluntatis efficere.

Epist. 13.

Epist. 11. ad Pau.

Iam vero illa adversus originale peccatum & ejus penas disputatio, unde nisi ex Ethnicorum Philosophia promanavit? Nam & illi non solum nihil de peccati ex parente in prolem traductione suspicari sicut, sed etiam ea quibus Pelagius errorem suum imponeret fundamenta præbuerunt. Cum enim nihil vituperabile esse scirent, nisi quod esset in ejus qui vituperatur potestate, nihil quoque quod inesset à nativitate vel culpa vel pœnæ appellatione dignum arbitrati sunt, ut Aristoteles omnium nomine clarè in Ethicorum libris docet. Hoc Pelagius & Iulianus omnesque Pelagiani velut irrefragabile principium posuerunt, ad innocentes parvulos ab omni culpa supplicioque liberandos. Omne, inquit, bonum ac malum, quo vel laudabiles vel vituperabiles sumus non nobiscum oritur, sed agitur à nobis &c. Ad quæ verba Augustinus: Nempe cernitis in his Pelagij verbis quod dogma continetur ambarum. De parvulis sine cont. tal. ullius vitij ab Adam contagione nascentibus.

Lib. de pecc. orig. c. 11. & similibus Aug. lib. 1. quod dogma continetur ambarum. De parvulis sine cont. tal. c. 19.

C Sed quid multis? Nonne totus & pura naturæ status quem primum in Ecclesia velut acutè Pelagius & Iulianus commenti sunt, & studiosissime tuiti Gentilium Philosophorum fœtus est? Neque enim aliud illi de natura humana suspicari potuerunt, nisi quod sine virtute & vitio, sine gratia & culpa, culpæque vitio per solum tamen liberum arbitrium utriusque capax: cum pudore, cum ignorantia, concupiscentia, libidinibus, cum morborum omnium atque calamitatum, ipsius denique mortis necessitate, naturaliter cæterorum animalium lege nasceretur; ad extremum in campis Elysijs velut quaedam naturalis ordinis vita aeterna collocanda. Vnde Augustinus: Quid enim illi (Gentiles Philosophi quos ad vocabat

Lib. 4. cont. Lib. c. 15.

vocabat Iulianus) didicerant, vel quid locuti fuerant de primo homine Adam & eius coniuge, de primæ eorum pravaricatione, de serpentis astutia, de nuditate corporis ante peccatum sine confusione, & confusione continuo post peccatum? Quid denique tale audierunt, quale illud est quod ait Apostolus: Per unum hominem peccatum (originale) intravit in mundum. & per peccatum mors &c. Harum litterarum illi atque huius vitæ expertes, quid de hac re sapere poterunt? Et tamen in huiusmodi puræ naturæ figmento tota hæresis Pelagiana comprehenditur. Hinc etiam fluxit eorum maximeque Iuliani de voluptatis seu concupiscentiæ velut naturali bono sententia, quam à Divomacho & Calliphonte didicerant, qui, ut idem ait, coniungendam voluptatem arbitrati sunt honestati.

Aug. lib. 4. cont. 106. c. 15. & lib. 1. oper. imperf.

Neque vero dogmata Pelagiana tantum, sed & arma quibus à suis authoribus propugnata sunt, ex Philosophorum officina prodierunt. Quod usque adeo verum est, ut si Philosophiæ garrulitatem subtrahas, uno flatu tota hæresis dissipetur. Significavit hoc Augustinus cum Iuliano exprobrans defensionis inopiam tantò ineptius, quantò doctius de Dialecticis acuminibus præfumentis: *Quæ tu, inquit, si non didicisses, Pelagiani dogmatis machina sine architectonecessario remansisset.* Unde damnati ab Ecclesia ad Philosophos fugiebant tanquam eorum iudicio à damnatione solvendi.

Ad hoc redacta est, ait idem Augustinus, hæresis vestra ut gemant sectatores vestri non inveniri Dialecticos iudices in Ecclesia de scholis Peripateticorum sive Stoicorum à quibus positus absolvi.

Porro sicut hæresim Pelagianam sola Philosophia peperit, ita quotquot postea inter Christianos divinæ gratiæ puritatem prædominanti libertatis humanæ mixtione adulteraverunt, Philosophiâ lenocinante seducti sunt. Quid enim olim tot Augustini lucubrationibus divinarum Scripturarum autoritate formati, tot Pontificum decretis, quibus gratiæ sinceritas declarata fuerat, Massilienses oblectari fecit, & quasi novam conciliandam cum ea libertatis viam quærere, nisi Philosophia? Hac enim persuasi sunt ex victrice gratia liberi arbitrii interitum sequi. Quid in nostro sæculo sopitas illas tot sæculis contentiones de gratiæ auxilijs suscitavit, nisi eadem Philosophia?

A Nam quidquid humanarum rationum jam olim destructum & Ecclesiæ iudicio sepultum fuerat, quasi nova suborta luce denuo ab inferis revocatum est, & ad tuendam quasi dominam illam libertatem Philosophia animante conversum, ex quo tanta confusio in divinæ gratiæ doctrinam consecuta est, ut dum relicta certæ traditionis Ecclesiasticæ viâ unusquisque ad rationis tramitem revocat quicquid in Scripturis vel obscurum, vel etiam planum est, labyrintho aliarum opinionum distractus nihil incertius esse iudices quàm quod olim extra controversiam esse putabatur, ex una quippe viâ recta absquos multos tramites, ut Tertull. ille de Philosophiæ finijs Christianis loquitur, & inextricabiles sciderunt. Nam quo tradita explicataque semel veritatis planior erat simplicitas, eò magis inquieta subtilitas invenit vel iniecit scrupulos, & id quod invenerat certum incertis miscendo etiam fecit incertum. Semper enim interpolatrix veritatis Christianæ non integratrix nimia Philosophia fuit, dum neque satis credit divina & fixa esse quæ interpolantur, neque satis intelligit humana esse quæ verisimili novitate blandiuntur. Cui malo medendo parum prodest reddere rationem nisi & addatur autoritas, ut jam olim de Massiliensibus observavit Hylarius, quam transgredi indefatigabiliter contentiosa corda non possunt. Nam quæ semel Pontificum decretis constituta sunt, Patrumque doctissimorum eruditione explicata atque defensa nullo promptius quam traditionis objectu contra Philosophicas argutias muniuntur: ex cuius deinceps immobili stabilitate & fide, humanæ rationeula velut parricidales pugioneula confringendæ sunt. Nam quod olim Augustino adversus Aristotelicos Pelagianos dimicanti expeditissimum visum est, hoc adversus omnes gratiæ interpolatores Philosophiâ armatos tutissimum videri debet, ut ante omnia eorum fragilis & quasi arguta novitas sola Sanctorum Patrum autoritate, hoc est traditionis compendio conteratur. Sed de Philosophicis Pelagianorum strophis, infra pluribus. Nunc alia quædam Pelagianorum placita, strictim attingenda sunt & mores depingendi.

Tertull. Apolog. c. 47.

In Epist. ad August.

Lib. 1. cont. Jul. c. 9.

Alia nonnulla dogmata Pelagij, in quibus elucet indoles ejus. Transitus ad mores ejus.

### C A P V T X I X.

S V N T & alia quædam sive dogmata, sive dicta Pelagij, quæ quamvis non ita perspicuum cum natura vel gratia, sine erroribus hæcenus explicatis conjunctionem præ se ferant, indolem tamen Pelagianam ita redolent, ut ex eodem spiritu præsumptionis proficisci videantur. Nam simul atque repudiata divini adjutorij necessitate excussisset Christianæ submissionis jugum, in

A omnibus pæne cæteris dictis atque scriptis ambulare cæpit in mirabilibus super se; & amisso pondere humilitatis, quo humana infirmitas deorsum premitur, in altissima quæque præcipitia vento vanitatis abreptus est. Nam sive cætera ejus doctrinalia pronuntiata ponderemus, sive moralium institutionum aculeos quibus lectores ad amplectendam virtutem stimulat, in omnibus ea passim occurrunt, quæ

quæ singularitatem, inanitatem, & superbiam spirant. Siquidem plerumque relicta mediocritatis via, quæ ab illius pestis aflatu tutissima esse solet, extrema sectatur.

*Epist. 88. & 87.*

Hinc illud primum, quod in doctrina Pelagij Augustinus sæpe reddidit: *Non debere iurare (seu jurari) omnino.* Nimirum quia jurando sæpius in peccatum labimur, preposterò studio perfectionis ipse in alterum extremum rapitur. Cujusmodi est & illud, quod in libro Capitulorum Pelagius posuit titulo 14.

*Serv. in Dei nihil amarum de ore suo, sed semper quod dulce est & suave, debere proferre.* Quasi vero non lubinde ut adversus eum ex

Apostolo observat Hieronymus: *Per dulces sermones & benedictiones seducant nonnulli corda inuicentium.* Veritas enim sæpe amara est, rugosa frontis, ac tristis, inquit, offenditque correctos. Item aliud titulo 73.

*Civ. suorum unius debere esse patientia ut si quis sua auertere voluerit, gratanter amittat.* Quod à Divo Hieronymo reprehenditur, non quod aliquid, inquit, sceleris in hac sententia sit, sed quod: *bi. ius medicaria exprobandis, transcas & magna sceleris.* Rem acutè tigit. Nam continuò & aliud non dissimile adjungit ab eodem Sancto pari ex

*Apud Hier. lib. 1. Dial. aduers. Pelag.*

*Apud Hier. ibid.*

Immanis superbia proprius Pelagij character & omnium discipulorum ejus.

## C A P V T X X.

**N**AM si mores eorum & morales institutiones consulas, omnia eodem illo vanitatis & arrogantiae colore tincta reperies. Superbia namque propriissima Pelagianorum omnium labes est & quasi character, quo à diabolo insigniti sunt ut à cæteris hæreticis discernantur. Nam quamvis illud Augustini generaliter verum sit, *superbia mater omnium hæreticorum*, quia superbia generaliter dissensiones parit, charitas unionem: aliud est tamen quod singulæ hæreses quamvis non sine superbia genita recte fronte in dogmatibus atque moribus profiteri solent. Aliæ namque rebellionem & anarchiam, aliæ luxum, aliæ luxuriam, aliæ crudelitatem, aliæ blasphemiam in divinitatem, aliæ aliud vitium aperte profitentur. Quod in omnium suorum sectatorum moribus pariunt. Superbiam sibi Pelagiana fastumque vendicavit, quem in omnibus suis dogmatibus à primo usque ad ultimum scopum habet, quemadmodum ex omnibus illis quæ hæcenus disseruimus, apertissime liquet. Ut non immerito ista hæresis diabolo primo genita vocari possit ac debeat. Nam sicut ipse affectando quod erat Dei per superbiam lapsus est, & persuadendo quod futuri essent sicut Dñs, primos homines labi fecit, ita eundem illum affectum divinæ potestatis æmulum, unde in creaturam rationalem omnium calamitatum series velut fonte prodijt, Judæis inspirando,

*Lib. cont. Epist. fund. 6.*

A causa reprehensum: *Gloriam vestrum & ornamentorum Deo esse contrariam.* Quid illa duo, quæ titulo sexagesimo quarto & sexagesimo primo sui libri collocat, nonne utriusque extremi affectatione venatricem singularitatis indolem produunt? *Inimicos dicit ut proximos diligendos.* Et mox: *Inimico nunquam esse credendum.* Quæ quamvis perspicuum sit, ut Hieronymus notat, inter se repugnare, maluit tamen illis locutionum excelsibus suæ doctrinæ perfectionem ostentare, quam Scripturarum, quæ simpliciter inimicòs diligendos prædicant mediocritate esse contentum. Ex eadem vena & istud fluit quod Divus Augustinus magnopere reprehendit: *Divitem manentem in divitijs suis regnum Dei non posse ingredi, nisi omnia sua venderit; nec prodesse eidem posse, si forte ex ipsis divitijs fecerit mandata.* Ita non sufficiebat communi Christianorum vitæ Evangelica, quæ ipsi sectari videbantur, proferre consilia, nisi universos in seculo rem familiarem administrantes vana contumaciæ & superbia condemnarent. Er hæc de Pelagianorum dogmatibus ac doctrina sufficient. Nunc pauca de moribus eorum dicenda sunt.

A & in Pelagio propagando, unicum lapsorum remedium divinam gratiam interimit, qua possent ex damnationis miserijs liberari. Quid enim ægris illis desperatius qui lethaliter agrotantes & tantum non morti traditi, non solum se sanissimos & fortissimos putant, sed insuper medicum velut importunum cædunt? Hoc proprium est Pelagiani erroris malum. Omnes enim de parvulis dicunt: *Aufer te hinc, innocentes istos, non est opus sanis medicus, sed male de pecc. meritis habentibus: Nam sani sunt propter quos medicum & venis. quævis: omnes majoribus dicendum tradunt: 18. Si volo iustus sum, si nolo iustus non sum. In potestate habeo iustum esse & iustum non esse.* Et, *Nos ipsi nos ipsos iustificamus.* Nam adepta remissione peccatorum, per lib. rum arbitrium ipse homo se ipsum fabricat iustum: atque ita potest esse sine peccato quem admodum Deus. Quia proflitione quid fastuosius, quid medici gratiæ & adventui capitalius, quid insanius & apostaticis Luciferi vocibus congruentius dici potest? Illius enim superbientis vox est: *Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo: illius prima in homines inspiratio: Eritis sicut Dñs.* Hunc ergo superbientis animi affectum, velut characterem sibi proprium Pelagiana hæresis hæreditavit, qui in omnibus eorum dictis & factis emicat. Hinc Augustinus *impudentiam* à Lib. 3. ad Pelagianorum & *insanam superbiam* vocat, & *superbissimam vanitatem.* Hinc Hieronymus: *Tu per superbiam ad astra sustolleris.* Et rursum: *Tu ipse,*

*ibid.*

*Apud Aug. Epist. 88. & 87.*

*Aug. lib. 2. de pecc. meritis.*

*Aug. Hom. 44.*

*Lib. de nat. & gratia. 31.*

*Lib. 2. oper. imperf. fol. 450.*

*Lib. de gēn. Pelag. 1. 35.*

*Isaie 14. Genes. 3.*

*Lib. 3. ad Bonif. 1. 7.*

*Epist. ad Cresciph.*

*Lib. 1. Dial. Tu ipse, qui Catoniana nobis inflatus superbia & Mi-*  
*advers. Pelag. lonis humeris intumescis. Hinc Prosper Aquita-*  
*nus istam diabolici affectus qui & primis ho-*  
*minibus inspiratus fuit, propagationem no-*  
*tans; Vt quibus, inquit, non potuerat diabolus*  
*Epist. ad persuadere vitiorum amorem, immutaret laudis e pi-*  
*Demetriad. ditatem: & inde novissima instrueretur tentatio unde*  
*f. 366. nocuit prima deceptio. Nimirum Pelagius haud*  
*Ibid. f. 365. secus ac Adam atque Diabolus non dignabatur*  
*daves esse nisi proprijs; tanquam hoc haberet simile*  
*Deo in boni non suorum ipse sibi fons ipse sibi sit*  
*Epist. 375. copia. Quae superbia inquit, omni peccato nocentior,*  
*omni genere est elationis insansior.*

Hunc ergo pestilentissimum Spiritum sicut Pelagiani medullitibus imberant ita in omnes eorum discipulos qui quoquo modo haeredes dogmatum vel patroni sunt, plus minusve transfunditur. Omnium enim eo tendit sive prudentium sive imprudentium sensus, ut vel tantillum sibi quod Dei est vendicando bonorum suorum ipsi sibi sint fons ipsi sibi sint copia. Atque ita in semetipsis quoquo modo non in Domino gloriantur. Quo qui pertractus

A fuerit plausibilium ratiocinationum consequentis sive sciat sive nesciat, sive soli sibi hanc gloriam rapiat, sive cum Deo partiat, vento aliquo Pelagiana peltis afflatus est.

Hunc igitur Pelagiani discipulis suis omniconatu aspirare satagebant. Vna Epistola qua ad Demetriadem Pelagius ex Oriente scripsit instar omnium esse potest. Ibi namque suarum omnium exhortationum exordium esse profertur, humana natura vim, qualitateque monstrare, & quid efficere possit ostendere. Ibi prima spiritualis vitae fundamenta esse tradit, ut vires suas virgo agnoscat: hoc est ut in viribus suis spem omnem bene vivendi collocet non in Deo. Spirituales enim divites, inquit, n. Illis tibi praeferre te conferre poteris. In his ergo vere laudanda es, in his merito carereis praeferenda quae nisi ex te & in te esse non possunt. Quae verba tanquam virulenta & perniciosiora graviter Augustinus reprehendit. Ex hac ergo praecleara exhortationis basi, magna istius Epistolae pars, in celebrandis naturae viribus & extollenda liberi arbitrii integritate decurrit.

*Initio Epist.*

*Epist. 143. ad Iulianam viduam matrem Demet.*

Novitatis, admirationis, famae, gloriae aculeis ad virtutem stimulant. Eorum turpis adulatio.

CAPVT XXI.

QVO superbiae pede ut citatius curaret singularitatu, novitatis, admirationis hominum, rumoris, fama, opinionis, & expectationis esse spectaculi totius mundi aculeos subijcit. Novum aliquid, inquit Pelagius, & inusitatum requirit Demetrius praecipuum & singulare quoddam flagitat, non minus conversationem suam quam conversionem cupit esse mirabilem. Et inferius: Multum fama tua odore suspensi homines omnes mirum de te nescio quid audire desiderant. In te nunc puta cunctorum ora, oculosque conversos, & ad spectaculum vitae tuae totum confidisse mundum. Itemque: Mirantur omnes tuam te tacente reverentiam, te loquente prudentiam. Digni Pelagio ad virtutem stimuli: qui ex eo videntur esse nati, quod in appetitu libidinoso terrenarum voluptatum non nisi excessum, ut supra suo loco demonstravimus, culpandum esse decernerent, ex quo fiebat, ut gloriae, honoris, famae, ceterarumque rerum indifferentiam appetitum ac delectationes, cum studio pietatis doctrinae suae principijs securissime jungerent. Itaque cum ista vanissima exhortationis inanitate certabat in Pelagio adulatio, quae sicut ad placendum hominibus non sine vanitate assumitur, ita peltis est ad corrumpeendam omnium virtutum integritatem & ad inflandos infirmorum animos praesentissima. Nam cum blanditijs illis infatuati sibi met ipsi placent, mox etiam laudatoribus suis displicere timent; & pietatis potius larvam quam veritatem induentes, omnium virtutum sinceritate fraudantur. Vtrumque ab illa superbia nascitur aegritudine. Quae quidem adulationis turpitudine etiam in Sy-

nodo Palestina Pelagio veluti crimen objecta fuit: quia viduae cuidam blandiendo scripserat: Inveniat apud te pietas, quae nusquam invenit locum: inveniat ubique peregrina in te sedem iustitia; veritas quam iam nemo cognoscit domestica tibi & amica fiat: & lex Dei quae ab omnibus prope hominibus contemnitur a te sola honoretur. Et iterum ad ipsam: O te felicem & beatam, si iustitia quae in caelo tantum esse credenda est apud te solum invenitur in terris! Perstringit hanc fecditatem graviter Divus Hieronymus: Docere est hoc, inquit, an occidere? levare de terra, an praecipitare de caelo? Id muliercula tribuere quod Angeli non audent usurpare? Et laudis istius cum Pelagiano dogmate contrarietatem notans: Si autem, inquit, pietas, veritas, atque iustitia non inveniuntur in terris nisi in una muliere, ubi erant iusti tui, qui absque peccato in terris esse iactantur? Nam ex ista superbissima puritatis praesumptione prorupit & illa Pharisaeica orandi formula quam ad eandem viduam scribens sanctis suis pronunciantiam tradit: Tu nostri Domine quam sanctae quam innocentes, quam piaer sint ab omni fraude & iniuria & rapina quas ad te expando manus: quam iusta quam immaculata labia & ab omni mendacio libera. Et post tantum tumorem orantisque jactantiam & confidentiam sanctitatis, quasi simili sibi stultus loquens in extremo adjicit: Quibus (laois) tibi, ut mihi miserearis preces fundo. Erubuit Pelagius implet de ista orandi adulandique turpitudine cum erupit in publicum, usque adeo ut Hieronymus dicat: Quae duo capitula orationis & laudis soles cum suis iurare discipulis, non esse tuas.

*Aug. lib. de gestu Pelag. c. 6.*

*Ibid.*

*Lib. 3. Dial. advers. Pelag. circa finem.*

*Ibid.*

*Apud Hier. lib. 3. Dial. vers. finem & apud Aug. lib. de gestu Pelag. c. 6.*

*Lib. 3. Dial. in fine.*

R

Alia

Alia eorum vitia ex eodem fonte, affectatio sanctitatis, jactantia, hypocrisis, venatio divitiarum sub pallio pauperatis, pompa vestium, & secularis fastus.

CAPVT XXII

CÆTERVM totam reliquã Pelagianorũ vitam diversis vitijs contaminatam sorduisse certum est, sed omnia ex eodem superbiæ fonte promanasse facile videt cui morbi illius symptomata utcumque perspecta sunt. Illius autem pestilentie proprium est in omnibus dictis factisque ruinofam quandam spectare celsitudinem, sive ut excellentia sua omnibus pateat, sive ut deformitas ac turpitude lateat.

Hinc itaque summa fuit inter Pelagianos sanctitatis affectatio, usque adeo ut & oculatissimis virtutum discretoribus imposuerint. Frequenter enim Augustinus antequam eos pervenisset penitus, laudabilem eorum vitam prædicat, liquidem de Pelagio loquitur, quando cum haberi dixit, a bonum ac prædicandam vitam. Et se b Roma constitutum Pelagy nomen cum magna eius laude cognovisse. De Pelagianis loquitur quando dicit: Nec tales sunt quos facile contemnas sed continentur viventes atque in bonis operibus laudabiles. Tales enim semper visi sunt, quos divina gratia quocumque tempore bellum indixisse novimus, Phariseos, Pelagianos, Massilienses, alios. Quã sanctitatis & perfectionis affectatione etiam Dei honorem suis operibus prætexebant. Vnde Iulianus labores suorum scriptorum commendare satagens, una est, inquit, optima causa studiorum honorum ut honoretur Deus. Nec honorem tantum Dei spectare contenti, etiam maiorem apud Deum crepabant gloriam. Non erubescens, inquit Augustinus Iuliano, dicere & scribere maiori tibi esse apud Deum gloria, destitutam veritatem tuam. Sed quia superbiæ ingenium est non solum aliorum oculis virtutem ostentare, sed etiam seipsum mirari & in suas laudes gloriabundum erumpere, hinc eorum iactantia lape carpitur. De illis loquitur Augustinus quando dicit: Vbi enim virtus non est, & tanta iactantia, hypocrisis est. Cujus arrogantia scedissima que jactantia specimen ex Hieronymo accipe: Hæres, inquit, Ioviani loquitur: sine omni proprio regor arbitrio: maior Apostolo sum. Ille facit quod non vult, & quod vult non facit: ego facio, quod volo, & quod nolo, non facio: preparata sunt mihi regna caelorum; imò ipse ea mihi meis virtutibus preparavi. In quo Adam tenetur obnoxius &c. ego solus cum mea catena non teneor. Aly clausis cellulis & feminas non videntes quia miseri sunt, & verba mea non audium, torquentur desiderijs: ego, etiamsi mulierum v. l. v. agnibus nullam habeo concupiscentiam. De me enim dictum est, lapides sancti volvuntur super terram: & ideo non sentio, quia liberi arbitrii potestate Christi tropæum circumfero. Quam putidissimam eorum gloriationem, etiam per-

A stringit Augustinus differens adversus Iulianum: Ita vos invenimus elatos & alta sapientes, ut respondeatis nobis, non solum ista vos non patitur (infirmitates concupiscentiarum) verum etiam in hominis esse potestate ne ista patrat, nec esse causam cur ad hæc Dei poseatur auxilium. Sed fumum fucumque fuisse Pelagianorum jactantiam & sanctitatem postea perspectum fuit.

Hinc est igitur quod August. in eorum moribus hypocrisis superbiæ comitem notat. Quis enim se vult videri quod non est, hypocrita est, inquit. Vnde nihil mirum si in vitam fecditatem immanis illa Pelagianorum superbiæ precipitata fuerit. Superbia enim & humana laudis aviditas hypocrisis saepe generat. De hac eorum hypocrisis sic idem Augustin. Delus est in ore vestro sive peccatores vos esse dicatis & iustos credi velitis, sive profiteamini perfectionem insitæ quam profecto in vobis non esse sentitis. Et expressius acriusque paulo post: Dolus abundat in ore vestro, Vbi enim virtus non est & tanta iactantia est, hypocrisis est: Et ibi hypocrisis, utique dolus. Provis quantum sancti de misericordia Dei: que magna est, tantum vos de vestra, que nulla est virtute præsumitis. Vnde Divus Prosper etiam Semi-Pelagianos hypocrisis propter eandem sanctitatis simulationem vocat.

In hac porro adulationis ac simulationis turpitudine eos cadere necesse est, quotquot bonorum temporalium comeditates, & æternorum honestatem, hoc est cælum ac terram simul nituntur in hac vita conjungere. Quod maxime omnium locum habet cum temporalibus conquirendis ipsa virtutis species instrumentum adhibetur, & inhiantibus desiderijs velum religionis obtenditur. Sic enim necesse duplicari cor, & in adulationes, hypocrisis, simileque morum religiosorum corruptelas desistere.

Profitebantur itaque Pelagianæ hæresis architecti tanquam Monachi religiosam paupertatem, & ut Aug. dicit: A divitibus Christiani, & pjs in suis necessitatibus sustentabantur. Cujus perfectionis tatum præ se ferebant studium ut infirmiores divites, qui ista non facerent, velut accepta jam judiciaria cum Christo sede damnarent. Nam tanquam Christiana disciplina regulam obtrudebant: Divitem manentem in divitis suis regnum Dei non posse ingredi, nisi omnia sua vendiderit: nec ei prodesse, si forte ex ipis divitis mandata secerit. Sed quo spectabat ista perfectionis prædicatio? nimirum ut divitibus opes excuterent in se velut Christi pauperes transferendas. Vnde Hieron. Sciant quibusmodi hominibus opes suggerunt hæreticorum multitudinem congregare. Nam sub illo perfectionis sine & pauper-

a Lib. 3. de p. c. merit. c. 3. b De gestis Pelag. c. 22. Epist. 120. c. 37.

Lib. 5. cont. Iul. c. 1.

Lib. 2. c. ult.

Lib. 2. cont. Iul. c. 8.

Hieron. lib. 2. Dial. ad omnino peccato sum: sordida vestimenta non habeo, proprio regor arbitrio: maior Apostolo sum.

Lib. 3. in

Serm. De

Epist. 6.

Lib. 2. in

Iul. c. 1. in

Cont. Cel. c. 11. & c.

Epist. 89. ad

Hilar. q. 4.

Ibid. Ep. 88.

Epist. ad

Crisp. in

& paupertatis pallio ingens auri & opum studium latuisse atque vigiisse Sanctus ille non obscure tradit. *Hic*, inquit, tacet, alibi crimnatur; mittit per universum Orbem Epistolas Biblicas, prius auriferas, nunc maledicas. De Pelagio sermo est: quem auriferas, hoc est aurum auctori suo afferentes litteras scripsisse testatur. Quae usque adeo flagravir in eis cupiditas, ut Regum instar vel mercatorum Indica commercia exercentium, opes Ophyr accerferent. De quo Hieronymus explicans magis superiorem locum: Vos de crastino scilicet non cogitatis & in-

Hieron. praefat. in 3. comment. Hieron.

Lib. 2. Dial. advers. Pelag.

stare avium, praesentibus contenti estis quorum Epistola Biblica voluit trans Aethiopia, us inter Simus & Fayos nova de Ophyr Salomoni dona mittantur. Divitias pompa comitari solet, hinc vestium splendor in Pelagianis & saecularis fastus enituit. Argumento est illa Pelagianorum cum Sancto Germano in Britannia disceptatio, quam cum inire statuisent, processerunt conspicui divitijs, veste fulgenti circumdatis assentatione multorum, ut tradit Constantius vita Sancti Germani Scriptor.

Constant. lib. 2. vita S. Geron. c. 19. apud Sarrin Tom. 4.

Tument scientiam saeculari & argutijs Dialecticis, Simiae Aristotelis, rationem Scripturarum regulam figunt. Syllogismorum jactant acumina; ab Ecclesiasticis iudicibus provocant ad Peripateticorum Scholam. Pruritus scribendi multa volumina, & aliorum velut indoctorum contemptus.

CAPVT XXIII.

SCIENTIARVM quoque saecularium magna inter Pelagianos aestimatio, & quia contentions erant filij maxime Dialecticae, qua quilibet contra veritatem a pertinacibus per argutias Philosophicas defendi solet. Vnde Prosper: Manifestum est hunc non Dei spiritum habere sed mundi, & de illa saecularis sapientia tuncere doctrina. Et Hieronymus Pelagium notans: Nos Pythagorica Philosophia nutamus superbiis. Hinc omnibus modis videri volebant Dialectici & Aristotelici, ut syllogismis nebulas imperitorum oculis ofunderent. *Quae tibi argumenta succurrunt?* inquit Augustinus, *quae Aristotelis Cathegoriae*, quibus ut in nos velut artifex disputator insilias videri appetis eliminatus? Et alio in loco: *Vbi est acumen tuum quo tibi videris & Cathegorias Aristotelicas affecutus, & etiam Dialecticae artis astutiam?* Et rursus *Vides nempe quam Dialectice nihil dixeris &c. videris illius artis verbis ad hoc uti, ut eis inflatus attonitos facias imperitos, volendo videri esse quod non es. Quam vanitatem sepiissime Pelagianis exprobrat.* Hinc omnia ambigua, humanis metiri ac decideri volebant rationibus, quas ubique crepabant ut Philosophi solent. *Cum igitur*, inquit Iulianus, *liquido clareat, hanc sanam & veram esse sententiam quam primo loco ratio, deinde scripturarum munivit autoritas.* Nempe primum locum apud Pelagianos tenet ratio cui scripturas omnes aptandas esse contendunt, tametsi eis contrarium dicere viderentur: Iulianus: *Vbi verborum communitas ingerit quaestionem, adhibeatur regula rationis, ad cuius aequalitatem qua putabantur deflexisse tendantur.* Et regulam Pelagianam figens: *Quod ratio, inquit, arguit non potest autoritas vindicare.* Cui quidem usque adeo adharet mordicus ut Apostolum perturbatae mentis futurum dicat, si quidquam contra rationes apertissimas a se prolatas loqueretur.

In Epist. ad Demet.

Lib. 2. Dial. advers. Pelag.

Aug. lib. 1. cont. Iul. c. 4

Lib. 3. c. 2.

Cap. 7.

Lib. 1. cont. Iul. c. 7.

Lib. 1. oper. imperf. f. 94.

Lib. 2. f. 223.

Ibid. f. 447.

Lib. 3. Dial. advers. Pelag.

inquit Hieronymus, *iactant discipuli tui nullum argumentationi tuae posse & problematibus respondere?* Gloriabantur enim suos, per syllogismorum spemeta disputando ac philosophando decurrere. Hinc illa de suorum dogmatum tanquam clarissima certissimaque veritate praesumptio, qua Catholici invidendo sibi in quadam meridie comperta veritatis sine obumbramento ignorationis, ut Iulianus jactitat, insanire videbantur. Hinc arrogantissima de doctrinae Pelagianae victoria, Iuliani gloriatio, qua triumphum huius vocibus canit: *Non ambigentes hoc ipsum maximam esse praemy partem quod in eius dogmatis arce constitimus, quod cum tam multorum livor, sed plurimum error oppugnet, tamen ita supra casus evasit anticipites ut invincibilis cluat possessione victoria.* Hinc ille Catholicae Ecclesiae contemptus tanquam stolidorum hominum, & de sece plebis quibus nulla inesset eruditio. *Quia rerum est magna confusio*, inquit Iulianus, *& stolidorum maxima multitudo, eripiuntur Ecclesiae gubernacula rationis, ut erecto cornu velle sciet dogma populare: nempe Catholicorum de peccato originali.* Et alibi Catholici dogmatis & sententiae qua damnati Pelagiani fuerant autoritatem elevans, *Pro se sursum deorsum*, inquit, *plebecularum aut ruralium aut theatralium scita commendant, qua quo sunt promulgata concilio, historia nulla commemorat.* Vnde totam Ecclesiam velut multitudinem caecorum spernit, quae ad aliquid invenendum nihil proficit. Hinc Augustini, quo nullum Ecclesia Doctorem profundiorum habuit, velut hebetis & pistillo obtusioris & ad metam taciturnitatis redacti aspernatio. *Hoc dixerim*, ait Augustinus, *ut ostenderem quam sis acutus, qui me obtusiorum dicit esse pistillo.* Vnde Augustino quasi victor insultat, tanquam non inveniret quid faceret, quo confugeret si iudicium premeretur potestate si in medio eruditorum consisteret scem, si vera rationis tuba, a se scilicet magno tubicine inflata, si auditorum arma circumstantium & sibi faventium cocreparent. Ita suum cum Aug. certamen, vana insanaque

Epist. ad Ctesiph.

Apud Aug. lib. 6. cont. Iul. c. 1.

Lib. 2. oper. imperf. f. 219.

Lib. 2. oper. imperf. f. 212.

Fol. 221.

Lib. 2. cont. Iul. c. 10.

Lib. 2. oper. imperf. f. 369.

Lib. 2. ad ver. Iul. c. 10.

cordis imaginatione fingebat. Hinc post acceptam damnationis sententiam ab Ecclesiasticis tamquam imperitis & ignavis, ad Aristotelicos & Dialecticos iudices, tamquam viros prudentia illi sives provocatio, ut non quid diceretur, sed quid consequenter diceretur, secundum Philosophia scilicet regulas appareret. Nam inquit Iulianus, quid sit consequens, quid repugnans, quibusque concessis, quid lex inexpressibilis & reverenda, rationu cogat inferri nisi doctissimi attentissimusque non iudicat. Cujus arrogantiam retundens Augustinus: Quos, inquit, (Clericos) urbana exagitatos diacritate vel potius vanitate contemnit, quia non possunt secundum Categorias Aristotelu de dogmatibus iudicare quasi tu qui maxime quereus ex amen volis & Episcopale iudicium de negari, Peripateticorum posu invenire Concilium, ubi de subiecto & hi qua sunt in subiecto contra originale peccatum Dialectica sententia proferatur. Dialecticos enim contemptis Ecclesiasticis, quarebant iudices, & in ea stulta praesumptione ad finem usque perflitere. Nam in postremo opere jam morti proximus scribit Augustinus de Iuliano: *Adhuc circuis querendo Dialecticos & virando Ecclesiasticos iudices.* Nam illos tanquam impe-

*Iul. lib. 2. op. imperf. f. 244.*  
*Ibid f. 243.*  
*Lib. 2. cont. Iul. c. ult.*  
*Lib. 2. op. imperf. f. 243.*

ritam vulgi multitudinem non valentem de disputationibus eius iudicare, alia, inquit, cervice & proterva fronte contentus. En genuinam Pelagianam indolis prolem. Quotquot enim sive olim sive nunc humana natura vires extollere & sibi quodlibet, quod est gratia, ascribere conati sunt, per dolos falsae rationis armati sunt, & omne praesidium in humanis rationibus & Philosophia statuerunt. Idcirco, inquit Augustinus, quia intellectu difficile est, contra Ecclesiam materem vestram rationibus vestris quasi parricidalibus praesidio debetis armari? Nam subtracto Philosophia subsidio totius haeresis illius ruinam esse secuturam, jam ex Augustino supra diximus. Ex quo fit ut merito omnibus qui in explicatione divinae gratiae humanae rationis & Philosophia secularis filium jam pertinaciter tenent, illud quod Augustinus adiungit inculcari debeat: *Si vis vivere, noli amare sapientiam verbis, qua evanescit corpore Christi.* Ex sapientia enim, verbi falsus, propria eruditionis praesumptio, scribendi praeritus, magnorum voluminum multiplicatio quae uni exiguo libello quatuor, alteri octo Iulianus reddidit, & alteri velut imperitorum delpectus consequi solet.

*Prosperus Epi. ad Diomedem, Lib. 6. tit. 1. c. 5.*

*Ibid.*

Ante simulatè sancti, tandem apertè flagitiosi. Fallaces in obtrudendo fictos libros, in negando suos, in corrumpendo alienos. Mendaciorum & restrictionum mentallium architecti peritissimi.

CAPVT XXIV.

**C**ETERVM aliud vitij genus in Pelagianorum moribus observatum est, quod ex eadem superbia radice pullulat. Cum enim vera non nitatur ad honorem & excellentiam via, fraudibus & imposturis uti solet, ut oculis hominum vel turpitudinem suam tegat, vel major quam sit esse videatur. Omnis enim superbus fictus est, ait Aug. Itaque sive facta sive scripta sive verba spectes fallacissimi esse deprehensi sunt.

*In Psalm. 139.*

remus satis diximus. Quae tandem in flagitiosa dedecora prorupit, astibus concupiscentiae, vanitatis obicem superantibus. Unde Hieronymus: *Decepisti plurimos, maximeque eos qui adhaerent mulieribus, & semit se peccare non posse &c. & ad reverentiam illud prophet cum: Gloriam in partibus & parturitionibus da illi D. mine.* Quod respicit etiam illud quod paulo ante dixerat: *Trisilliani te discipuli diligant plurimum, de turpitudine verbum per sektionis & scientia sibi temere vendicantes, soli cum solis clauduntur mulieribus, & illud eis inter corum amplexusque decantant:*

*Epi. ad Cresp. res. sincen.*

*Tum Pater omnipotens fecundus imbribus aether  
 Conjugis in gremium laeta descendit &c.*

**N**AM illa suarum virium confidentia in a liberiores primum conversationes tamquam sibi minime periculosas, deinde manifesta flagitia defluere solet, Deo videlicet operam superbiam aperta turpitudine vindicante. Magna enim fuisse videtur Pelagianorum inter mulierculas conversatio & in tractandis perfectionis praecipis occupatio. De quo Hieronymus: *Verum in tanta es liberalitate ut favorem tibi apud Amazonis tuas concites, ut alio loco scripseris, scientiam legis etiam feminis habere*

*Lib. 1. Dial. advers. Pelag.*

deberi, Et paulo post progressum eorum notans: *nec sufficit, inquit, tibi dedisse agniti tuo scientiam. Ibid. Scripturarum nisi eorum voce & canticis delecteris. Tunc enim & ponis in tanto; quod & feminae Deo psallere debeant, in Ecclesia scilicet. Ecce ipsa dogmata Pelagianam ad feminas demulcendas composita. Hinc illa Augustini in Iulianum exprobratio quod opere conjugali etiam continens nimum delectetur: Et illa in impudentiam exclamatio: *O frontem quatuordecimq; Episcoporum, & fidem quatuordecimq; castorum!* Sed quid miris, si tamen eo devol-*

*Lib. 5. cont. Iul. c. 12*

*Lib. 4. c. 15*

co devolvantur, qui tam in carnalis illius vo-  
luptatis libidine, quam ceterarum rerum tem-  
poralium cupiditate nil nisi excessum culpand-  
um esse arbitrantur: ipsam verò tanquam  
hominibus à Deo datam & naturaliter bonam  
esse laudandam? Hoc enim radicem esse Pe-  
lagianæ turpitudinis satis alibi Augustinus in-  
dicat, quando Iuliano exprobrans dicit:  
*Quam tu cum bonam naturam dices, astute illi  
semper consentiendum esse decebis ne renisu improbi  
repugnetur naturali bono.* Et rursus: *Sentia,  
inquit, de ista libidine iste quid liber, prædicet ut  
liber, laudet quantum liber (sicut enim multis locis  
significat, multum liber) ut eius si non usibus, sal-  
tem laudibus Pelagianam oblectentur, quocirque eor-  
um proposito continentia carnalis coniugio non fru-  
antur.*

Iam verò scriptis sive alienis sive suis quas  
fraudes adhibuerint, unum Pelagij exemplum  
demonstrando sufficit. Ei namque solemne fuit  
si quid in editis à se libris displiceret alijs, at-  
que erroris culparetur, perfricare frontem &

Lib. 1. cont.  
Iul. c. 7.

Lib. 2. de  
nupt. & con-  
cup. c. ult.

Aug. lib. de  
grat. Christi  
episc. sur. reptos.  
c. 20.

Epist. 95.

Epist. 90.  
apud Aug.

Lib. 3. Dial.  
advers. Pe-  
lag. res. p. ut  
quid quid vultis  
displacere, non tuum,  
sed alienum  
esse contendas.

Ibid.

Hieron Ep.  
ad Cresc. p.

Lib. deus. &  
grat. c. 64.

Lib. 2. Re-  
tract. c. 42.

*Tu autem vir honestus & verax, inquit Augusti-  
nus, absulisti verba que dixi & dixisti quod ipse sin-  
xisti. Redde verba mea & vanescet calumnia tua.*  
Et inferius: *Quis non expectet sapientiam disse-  
rentis, qui fidem cognoverit mentientis? Mentien-  
tis, inquam.*

Lib. 4. cont.  
Iul. c. 8.

Ibid.

Nam in comminiscendis verborum stro-  
phis palliandisque mendacijs ingeniosissimi  
fuerunt Pelagiani. Præbuit industria suæ spe-  
cimen in Synodo Palestina Pelagius, ubi ea  
usus est calliditate & successu, ut hoc etiam  
ævo tanquam peritissimum mentalium restric-  
tionum architectus ab hujus artis candidatis  
& professoribus coli mereatur. Nam cum ei  
varia dogmata tanquam Catholicæ fidei con-  
traria fuissent objecta, tanta verfuita elusit  
accusantium & judicantium diligentiam sive  
declinando sive restringendo, sive aperte men-  
tiendo, ut in errorum omnium defensione per-  
manserit, & accusantes calumniatores, se verò  
Catholicum esse persuaserit. Notavit olim  
calliditatem istam Pontifex Innocentius: *Cum  
sunt aliqua, inquit, in ipsis posita gestis, que obie-  
cta partim ille vitando suppressit, partim multa in se quinque  
verba retorquendo tota obscuritate confudit; aliqua  
magis falsa quam verâ ratione, ut ad tempus poterat  
videri, purgavit negando alia, alia falsa interpreta-  
tione vertendo.* Et mendaciorum quidem spe-  
cimina in illa Synodo edita manifesta sunt,  
quorum unum exprobrat Iuliano Augustinus:  
*Sed numquid infantis, inquit, etiam si non bap-  
tizentur habere vitam æternam ulla calliditate in al-  
quid detorquere vel ullis solis futilibus operire potuisti?  
Eos enim qui hoc dicunt non potuit apud Catholicos  
iudices nisi damnare Pelagius &c.* Sed addit Au-  
gustinus, quod negavit ore, corde servavit. Nam  
postea scriptis libris damnatam sententiam  
propugnavit.

Innocent.  
Epist. ad  
Cela partim ille  
vitando suppressit,  
partim multa in se  
quinque  
verba retorquendo  
tota obscuritate  
confudit; aliqua  
magis falsa quam  
verâ ratione, ut  
ad tempus poterat  
videri, purgavit  
negando alia, alia  
falsa interpreta-  
tione vertendo.

Episcopos  
que est 96  
apud Aug.

Lib. 1. cont.  
Iul. c. 5.

Sed ut Augustinus etiam hic insinuat, in eo  
potissimum vulpina fallacia illius impostoris  
illuxit, quod usitatis apertissimisque verbis  
hæreticæ pravitatis dogmata coram iudicibus  
damnando reprobaret, sed æquivocationibus,  
ambiguis, cæterisque restrictionum verfu-  
tis in alienissimos sensus detorquendo, sub  
ijsdem verbis hæreses tegeret. Damnavit et-  
enim: *quod peccatum Adæ ipsum solum laeserit &  
non genus humanum: ut peccatum originale tra-  
ductum in posteros agnovisse videretur: sed  
mente subintellexit, laesisse exemplo non propa-  
gare.* Damnavit etiam: *Infantes esse in eo statu  
in quo Adam ante pravariationem fuit; ut prava-  
ricationis contagium putaretur esse confessus.*  
Sed exposuit quod ille præcepti capax fuerit,  
isti adhuc non sunt. His nebulis illud iudicium  
se putabat illufisse Pelagius, discipuli verò ad  
hoc nefas toto capite annuentes tot ab illo  
Episcopos irrisos esse ridebant. De qua non  
tam expositione quam compositione Augus-  
tinus: *Numquid hæc dicendo verba propter aliud obie-  
cta, aliter exponendo, id agit, ut se iudices non se-  
fuisse demonstrat? Præterius non id efficit. Tanto enim  
iudices sefellit occultius quanto exponit ista verfuitus,  
quam restringendi calliditatem & aperta ver-  
ba propter aliud objecta in sensus peregrinos*

Lib. de pecc.  
orig. c. 16.

Nec minus industrius in interpolandis &  
corrumpendis alienis verbis Iulianus fuit.





detorquendi veritatem, etiam alibi detestatur: *Quid enim vobis predest, quod nescio quas artes atque artes nescio cuius perplexitatis, infortis ne simplicitas pateant, & clara luceant? Quis enim non videat, quomodo ista illi iudices accipere po-*

*detorquendi veritatem, etiam alibi detestatur: Quid enim vobis predest, quod nescio quas artes atque artes nescio cuius perplexitatis, infortis ne simplicitas pateant, & clara luceant? Quis enim non videat, quomodo ista illi iudices accipere po-*

Ambiguus verbis dogmata expriment. Sub aliena persona disputant tanquam de questionibus præter fidem. Romanæ Ecclesiæ reverentiam & in omnibus submissionem simulant.

## CAPUT XXV.

**E**ODEM pertinet & illa fraudulentia, qua solebant sententias suas à Catholica fide remotissimas ambiguis verbis exprimere, & ita ambidextra subtilitate temperare, ut utrumlibet sensum admittendo, etiam oculatissimi fallerentur, cuiusmodi dexteritatem sapius Augustin. in Pelagio expertus est. Vide, inquit, latebras ambiguitatis falsitati præparare refugia, offendendo caliginem veritatis, ut ut etiam nos, cum primum ea legimus recta vel correcta propemodum gauderemus. Et alio in loco: Et ista eius verba Roman pro magna eius purgatione transmissa tam sunt ambigua ut possint eorum dogmata præbere latibula, unde ad insidiandum proficiat hæreticus sensus &c. Itemque in Iuliano: Ita sententiam temperasti, ut & vestra & nostra posset voce defendi &c. sed qui sermone quod sentiat, nescire non possumus quomodo ista dicatis. Et hæc quidem perplexitatis arte tantopere Pelagius & omnes posteri ejus valuerunt, ut nihil tam speciosum à Catholicis de gratia prædicari posset, quin ipsidem phrasibus atque elogijs etiam ipsi uterentur, ut ex libris Fausti Regiensis, atque alijs facile animadverti potest. Ex quo nata est illa summa difficultas detegendi errores, quibus sive nunc, sive tunc divina gratia sinceritas adulterata est. Neque hoc ipsum Divum Augustinum latuit, qui in Pelagio adversariotum divina gratia principe veritatem illam detegendo posteros monuit, ne propterea statim Catholicam gratia confessionem esse crederent, quia verbis Catholicum sensum præferentibus ederetur. *Postest, inquit, Pelagius ita se latebris obscuritatis huius involvere, ut etiam is qui à sancto Amrosio conscripta possumus consentire se dicat, & ea se quoque sentire proclamet, semperque sensisse; atque ita singula cuncta exponere, ut etiam eius sententia convenire credantur.*

Eandem indolem vulpinam redolet & ista subtilitas Pelagio familiaris: quæ ut securius harclim propinaret sub aliena persona disputandas proferebat difficultates. Nimirum sic à persona sua removendo novitatis invidiam, sine periculo poterat limax in cochleam caput subducere, hinc quæ duriore censura protereretur. Observavit quidem istud artificium ejus Augustinus, sed quo spectaret, nondum animadverterat. Unde tam perverba & Christiana-

*na repugnantia veritati virtum illum tam egregie scilicet Christianum omnino non sentire, sed tantum disputanda proposuisse credebat, ut adductis hinc inde rationibus, quid contra dici posset, elucesceret.*

Quæ disputandi libertate ut vel ipsos Christianæ religionis cardines sibi convellere liceret, eas de quibus ipsi disserent questiones non fixas atque determinatas, sed præter fidei periculum esse discutabant, ut videlicet, si in eis fuissent exorbitasse convelli, non criminaliter, sed quasi civiliter errasse viderentur. Sic enim Celestius Carthagine accusatus: De traduce, inquit, peccat dixi, quia mira Catholicam constitutos plures audiri destrucere, nec non & alios astrucere: licet questionis res sit ista, non hæresis. Et in libello quem Pontifici Romano exhibuit: Si quæ verba præter fidem questionis nata sunt, de quibus esset inter plerisque contentio, non ego quasi auctor alicuius dogmatis definita hoc auctoritate statui. Nempe perspicuum est, id eum egisse ista præfatione, ut si quid in ipso appareret erroris non in fide, sed in difficili questione errasse putaretur, ut ita astute invidiam hæresis declinaret. Quo prætextu à recentioribus quoque postmodum non pauca quæ vel Divi Augustini disputationibus vel Cæciliorum sanctionibus de gratia & prædestinatione definita sunt, tanquam essent non fidei dogmata, sed profundiores difficultioresque partes intercurrentium questionum, ut Celestius Papa nonnullas nominaverat, in dubium revocata sunt.

Ut verò tutius venenum suum proderent & ab ignavis serpentina fraudis hominibus securius biberetur, magnam Sedis Apostolicæ præferbant reverentiam, omniaque Romani Pontificis iudicio se submittere simulabant. Sic enim Celestius in libello seu fidei confessione quam Romæ Zozymo Papæ dedit: *Ea, inquit, quæ de prophetarum & Apostolorum fonte suscepi vestri Apostolatus offerimus probanda esse iudicio: ut si forte ut hominibus quibusdam ignorantis error obierit, vestra sententia corrigatur.* Et cum ab eodem Zozymo hoc ageretur, ut Sedis Apostolicæ litteris quæ à suo prædecessore Innocentio scriptæ fuerant, præberet assensum; *Omnia, inquit Augustinus, quæ sedes illa damnaret, se damnaturum esse promisit.* Ita tunc quidem ad tempus Pontifici fucum fecit: sed cum

cum postea ejus presentia posceretur, ut dilucidis responsionibus vel astutia hominis vel correctio dilucretur, se subtraxit, examinis damnatusque in errore consensit.

Et ex illis quidem quae huc usque dicta dissertaque sunt abunde percipi potest, quam fuerit haereticus Pelagianae facies, in exortu & progressu, & cum jam saepius mutato vultu consensisset, quis dogmatum uniuersorum scopus fuerit, nempe patet, superbiam adversus Deum, & gloriam in oculis aliorum hominum ac suis, fuisse propriissimum eorum spiritum, ac notam, qua (tam ipsa olim, quam quotquot postea Dei dona ad humanum arbitrium quoquo modo revocando, laeserunt gratiam Dei) à ceteris dignoscuntur. Nam hoc ipso, quo animus huius ipse placere incipit, honorisque mores directe aut per ambages à suae voluntatis nutu suspendere, necesse est, ut inde series illa vitiorum superbiam committant secundum diversitatem occasionum pullulet. Hinc enim novitatis, admirationis, famae, gloriae captatio, quibus animus iam sibi magnus, etiam magnus appareat. Hinc affectatio sanctitatis, et constantia hypocritis. Quae si non ita ex voto succedant, ut magnus habeatur, qualem se tacite esse sentit, erum-

pit in crassioris superbiae effectus & signa, velleum, divitiarumque pompas, aliaque secularis fastus probra. Hinc illa scientiae gentilibus propria consuetudo, Philosophiae & signorum, quae amplius inflare solet, eloquentia, & multiloquentia. Hinc scriptitandi pruritus ingens, contemptulque ceterorum, quos tam evidenti mole librorum superant. Hinc tota illa fallaciarum, restrictionum & mendaciorum scena, quibus inanitatis suae conscius, affectat etiam videri quod non est. Hinc tandem Deo superbiam persequente, vel si propitius est, etiam sanante, aperta flagitiorum turpido, quibus fastus ille deprimatur, & respiciendo à praesumptione redeant humiliores, atque doctiores.

Cum verò damnatio erroris manifesti plurimos à tanta naturae & liberi arbitrii laude revocasset, temperamentum quoddam naturae & gratiae, à quibusdam Presbyteris Massiliensibus inventum est, quo se putabant utriusque partis incommoda declinare; ita ut neque cum Augustino cuncta ex Dei gratia, neque cum Pelagio ex libero arbitrio religarent. Cōmentum istud à subtilibus ingenijs magna dexteritate concinnatum fuit multoque non minus nunc quam olim imprudentes delusit.

F I N I S.

CORNELII IANSENII  
EPISCOPI IPRENSIS  
DE HÆRESI PELAGIANA  
LIBER SEPTIMVS.

Qui de Semi-Pelagianis primus est.

De praedestinatione parca scripsit Augustinus ante motas ab Adu-  
metinis Monachis & Massiliensibus, difficultates, & quare.

Ortus Semi-Pelagianorum, & ratio nominis.

CAPVT PRIMVM.



Vo sunt in Christiano A  
Doctore magnopere cō-  
mendanda, scientia atque  
prudencia: quarum illa  
in percipienda, haec in  
dispensanda veritatis cog-  
nitione versatur; magna  
quippe circumsp̄ctōne opus esse in tradenda  
rerum obscurarum magnarumque doctrina,

quarum etiam liquidissima nobis manifestatio  
Deo revelante facta est, satis ille generis hu-  
mani Magister insinuavit quando Discipulis  
dixit: *Adhuc multa habeo vobis dicere sed non po-  
testis portare modo.* Ex quo fit, ut si pondus ve-  
ritatis vires discentis excedat, nonnunquam  
suspendendum sit ut extendat crescentes, non  
imponendum ut obterat parvulos: Nonnun-  
quam verò etiam omnino occultandum sit, ne  
vel non

R 4

vel non